www.libtool.com.cn

PAPELES

VARIOS

MEC[illegible]S

61
H65
R

# METHODVS SEX LIBRORVM GA-

www.lbtool.com.cn

Leni in differentiis & cauſsis morborum & ſympto-
matum, in tabellas ſex ordine ſuo coniecta paulò fu-
ſiùs, ne breuitas obſcura lectorẽ remoretur & fallat.

# DE SIGNIS OMNIBVS MEDICIS, HOC EST, SALVBRI-BVS, INSALVBRIBVS, ET NEV-

*tris, commentarius omninò neceſſarius medico futuro, per Iacobum Syluium Medicum.*




PARISIIS,

Apud AEgidium Gorbinum, ſub inſigne Spei, prope
Collegium Cameracenſe.

1561.

# AMPLISSIMO DIGNISSIMOQVE Galliarum Cancellario Guillielmo Poyeto, Iacobus Syluius Medicus S. P. D.

QVæ ſcriptoribus hac ætate doctiſſimis, cauſſæ, labores ingeniorum ſuorum viris principibus conſecrandi, duæ conſueuerunt eſſe maximæ: acceptorum videlicet beneficiorum grata pariter ac honorifica recordatio, & accipiendorum ſpes iuſtiſſima, neutra me ad dedicandum amplitudini tuæ has lucubrationes noſtras impulit, Galliarum decus ornatiſſimum. Sed ne maxima virtus tua à nullo adhuc (quod ſciam) literis celebrata laude merita careret, ſimul vt Medicina, Dei donum, à perditiſſimis impoſtoribus beneficio tuo vindicaretur, hiſce ampliſſimam dignitatem tuã alloquor, omni laude maiorem, & in qua principium inuenire, quàm exitum facilius eſt. In ea verò modum hunc aliquem noſtra habeat oratio. Cùm tibi ſummam dicendi copiam facultatémque natura largita eſſet, cúmque ingenio plurimùm poſſes, ſubſidio tamen tibi maximam rerum omnium, præcipuè Iuris prudentiæ cognitionem incredibili quadam diligentia poſtquàm comparaſti, ad ampliſſimum ſimul & æquiſſimum ſenatus Pariſienſis ordinem induſtria tua illuſtrandum patronus tranſiiſti, in quo foro cauſſas ſic annis aliquot egiſti, vt neque eloquentia maiore quiſquam, nec grauitate, nec ſtudio, nec fide officium patroni prudentiſſimi, diſertiſſimi diligentiſſimi expleuerit, ob idque cauſſarum rex ſecundus ab Hortenſio dictus es, & habitus Cicero Gallicus: & ob admirabilem quandam vim perſuadendi Herculis quoque Gallici es appellationem commeritus. Quibus titulis tam inſignibus incitati plerique viri graues etiam externi ad ſenatum ſæpe conuenerunt, audituri obſeruaturíque ſummum eloquentiæ paren-

tem Poyetum , rapidiſsimum facundiæ torrentem Poyetum , vberrimum eloquij fontem Poyetum, quo dicente quantum, deus bone, ſilentium? quanta audientia? quis omnium fauor? quæ expectatio? hac incredibili virtutum tuarum fama impulſus Rex noſter Franciſcus omnium non modò quos hactenus habuit Gallia, ſed qui vſquam terrarum floruerunt, vita digniſsimus immortali, in ſuam te familiam acciuit ſuiſque cauſsis te præfecit. Nec magnum in medio tempus interceſsit, cùm Britonum prouinciæ præſes es creatus, in qua te iudicem tanta æquitate geſsiſti, vt ſenatus quoque huius ſummi præſes ſecundus Regis decreto haud ita multò pòſt renunciareris . In qua ampliſſima digniſsimáque authoritate , æquiſſimi iudicis partes aliquandiu ita ſuſtinuiſti, vt amplioribus ornamentis iam digniſsimus, dum ſummus reipub. Gallicæ præfectus (Cancellarium vocamus) quæreretur, qui in locum demortui ſufficeretur, tu vnus ex omnibus es viſus Gallis proceribus , Regíque optimo maximo idoneus ad hoc munus fœliciter obeundum: quippe in quo ſumma ſunt omnia & ſingularia, eximia probitas, fides, innocentia, integritas, conſtantia, humanitas, ingenium acerrimum, omnium diſciplinarum præcipuéque ciuilium cumulus, ſumma prudentia, plurimus rerum vſus , incredibilis quidam reipublicæ amor, admirabilis rebus in omnibus ſapientia, maxima denique virtutum omnium ornamenta. Quibus ex omnibus maximè opus ei, qui maximum hoc imperium ampliſsimàmque dignitatē ſumma cum laude, ac reipub. vtilitate geſturus eſt: quam vtilitatem maximam ex hoc magiſtratu ſummo iam auguratur Gallia, cùm te audit ex foro iudiciali omnium legum peruerſionem, cuniculos, ſtrophas, labyrinthos, ſycophantias, tergiuerſationes, impoſturas, dolos malos, calumnias, & ſi quod aliud vitium, malorum improbitate, bonis legibus irrepſit , proſcripturum profligaturùmque, & Aſtræam de cœlo reuocatam terris redditurum. Quod facinus memorabile ac maximum gloria nominis tui ſequetur immortalis. Eadem verò maior multò euadet, ſi ex diuina planè ſcientia, cunctíſque mortalibus maximè ſalutari Medicina, nomine ementito Medicos, aut veriùs nefarios carnifices expuleris, exturbaríſque omniū rerum ignaros, cùm tam multa ſcire Medicum ſit neceſſe, quod noſtra hæc σημειωτικὴ , atque adeò Hippocratis & Galeni omnes libri apertè teſtantur . Tuam igitur amplitudinem vniuerſo Medicorum ordini ſemper obſeruandam imploro ſupplex, vt nemini medicinā facere impunè liceat, qui nō ſpecimine aliquo eruditionē legitimā Medicis cōprobarit, quod cæteris artificibus vbiq; video ſolemne. Ea licet ꝑpè ſola tractātibus q̄ corpori ad-



www.libtool.com.cn

mouentur, non etiam quæ in corpus recipiuntur pharmaca, eadémque ſæpenumerò mala pharmaca & deleteria, niſi quis in rationali methodo exercitus, & natura prudens ea tunc ipſa ceu Deorum manus (vt Herophilus appellabat) hoc eſt, ſalutaria propinet, ne poſthac ſtatim cuiuis Medicum ſe profitenti credatur, ne ſint poſthac qui Medicinã diſcant periculis ægrorum: & per horum mortes, experimenta perficiant: ne inſcitia hæc capitallis nulla lege adhuc punita in poſteros ſerpat aliquo magno vindictæ exemplo coercita & obtrita. Vale præſidium & dulce decus Galliarum.

www.libtool.com.cn

# I. SYLVIVS

www.libtool.com.cn

## *MEDICVS AD CANDIdum Lectorem.*

*ANtiquiſſimum Deorum immortalium inuentum, hominúmque ſaluti maximè neceſſarium, Medicina, ſummo in honore ac precio etiam à potentiſſimis Perſarum, Macedonum, Romanorum regibus & imperatoribus quondam habebatur. Præſertim poſtquam ab Hippocrate illo omnium nobis bonorum authore in lucem reuocata, & in præcepta ac methodum clariſſimè eſt compoſita, ex vago illo ſectarum maximè incertarum & inconſtantium ceu pelago. Quam methodum ab illo prudenter ac doctè cœptam, diuino vir ingenio Galenus perfecit, perpoliuitque libris permultis vndequaque doctiſſimis. Vt enim Apelles Veneris corpus & ſumma pectoris politiſſima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: ſic Cous ille Hippocrates in Medicinæ principiis ac elementis ceu capite inſigniter elaborauit, reliquum eius tanquàm corpus imperfectum & rude reliquit. Arte igitur Medica maximo Galeni ingenio cōſtituta & abſoluta, deſierūt in Medicos probra illa cadere, quæ Plin. in ſuæ tēpeſtatis imperitos propè omnes Logiatros, Themiſones Theſſalos, ore pluſquàm tragico iaculatur: deſierunt inquā præterquā in nonnullos ipſo Themiſone & Theſſalo longè indoctiores Empiricos, omnium diſciplinarum Medico maximè neceſſarium (ſi Hippocrati & Galeno creditur) atque adeò primorum Grammatices rudimentorum ignariſſimos. Cuiuſmodi etiam hodie maxima turba eſt, & ea in hac totius Europæ clariſſima, & legibus optimis conſtituta ciuitate. Vtinam non vſque adeò credula perditiſſimis iſtis impoſtoribus Medicos mentientibus, titulo quodam ſecretorum, quæ hic à patre accepta iactitat, ille partim empta, partim compilata gloriatur, alius ex pharmacopæorum diario conſarcinata vendicat. Sed an hæc ſecreta, hoc eſt, efficaciora ac probatiora ſunt remedia, an veriùs cacodæmonum manus?*

Nam per ſe remedia, nec ſalutem efficiunt, nec morbos, ſed cùm à Me-
dico natura prudente, & in rationali methodo probè exercito exhiben-
tur, Deorum manus & ſalutaria vocabantur Herophilo: cùm à ſto-
lido literarum omnium ignaro, venefica manus quidni appellentur?
Quam rem operibus quotidianis apertè teſtantur, dum purgantia in
dies ægris imperant, quibus tolerandis ne equus quidem fortiſſimus
par fuerit. Vides Gallia, quàm iniquè ab Æſopicis iſtis corniculis,
& purpuratis ſimiis illudaris: ſed communis hæc arrogantia atque v-
ſurpatio pharmacopæis, rhopopolis, tonſoribus, aliptis, reunctoribus,
obſtetricibus, clinicis mulierculis, ac ægrorum miniſtris. Quid? quòd a-
nus ſurdaſtra, ſorditie, annis, pannis obſita, lippa, in medio proſtibulo
educata, etiam ex lotio ſe morbos & partes affectas indicare, apud ru-
dem plebeculam ſimulat? In Montepeſſulano clariſſima & antiquiſſ-
ima Medicinæ academia, ſi quis horum nebulonum ſe Medicum mē-
tiatur, mox raptus in aſinum ſtrigoſum, & ſi inuenitur, ſcabidum ſu-
blimis tollitur, auerſus vrbe tota circumducitur, ſcommatis vndique
inceſſitur, conſpuitur, pulſatur, laceratur, ſordibus omnis generis con-
ſpurcatur, ceu olim ſacra illa Maſſilienſium victima: poſtremò expia-
ta vrbe eiicitur, illuc nunquam rediturus, niſi malo ſuo maximo.
Quàm vellem legibus nobis idem licere in hoc Medicinæ ſtudio lon-
gè florentiſſimo, ac cæteris Galliæ vrbibus: non eſſet cur nunc homi-
néſque deúmque libellis ſupplicibus obtunderemus, non tot bonis ci-
uibus viduata lugeret Gallica reſpublica, quos nulla ratione perfecta,
ſed fortuitò tentata iſtorum curatio ſuſtulit, & tollet niſi in ſcelera-
tam eorum audaciam propediem animaduertatur, aut niſi ſtudio Me-
dicinæ aliquandiu recocti, qui ex horum numero ſunt ad coquendum
habiles (nam in his ſunt huic coctioni, de qua loquor, tam rebelles
quàm lapis) doctioribus Medicis legitimam eruditionem ſuam effici-
ant teſtatiſſimam. Quandoquidem in bene morata & bene conſtitu-
ta ciuitate nemini licet non ephippiario, non cerdoni, non viliſſimo
cuique miniſtro artem exercere ſuam, cuius ſpecimen aliquod non e-
diderit, quod omnibus in arte illa primoribus ſatis faciat: & Medi-
cis ſe profitentibus libertas Medicinam faciendi datur etiam indo-
ctiſſimis? Nónne chirurgi partem Medicinæ facillimā profeſſi, multis
ſe operibus probant, priuſquàm vlcera, tumores, & morbos alios ex-
ternos & viſui perſpicuos publicè tractent, Medico morbos curanti
præcipue internos longè difficiliores non cognitu modò, ſed etiam cu-
ratu ſine vllo eruditionis ſuæ teſtimonio, medicari licebit? Adhæc
pharmacopæi & aromatarij Medicorum miniſtri induſtriam ſuam

www.libtool.com.cn

artificibus ſuis principibus opere vario ſed præcipuo ac ſingulari comprobant: & Medicus, penes quem eſt vitæ ac necis poteſtas, cui ſe ſuáque omnia ægri committunt, ad medicinam in vrbibus faciendam recipietur ſimulatque barba aut mulæ phalerata, aut veſtium cultu ſplendidiore, aut magno corporis faſtu, aut denique ipſo nomine ſolo, Medicum ſe prodiderit? O tempora, O mores. Huccine morũ corruptorum, & inſaniæ venimus, vt ephippium, vt calceus, vt cætera artificum opuſcula corpori tutando ſolùm vtilia pluris ſint, quàm corpus ipſum, atque adeò corporis ipſius ſanitas, qua homini charius nihil eſſe in vita aut debet aut poteſt. His carnificibus ſceleratiſsimis indulgeri ſi pergitur, quid Philoſophiæ ac tandem Medicinæ partem omnem tanto ſtudio, tanto ſumptu, tanto valetudinis & bonarum horarum diſpendio perueſtigamus, in hiſque miſeri conſeneſcimus: vt induſtria noſtra morbos omnes citò ac tutò percuremus. Quin iſtorum modo corrogatis aliquod ſecretioribus (ſi diis placet) formulis in Medicorum familiam curriculo inuolamus? Sed quid queror? cur ciues accuſo, tanquàm illorum indulgentia in vrbe retineantur hi nebulones? Afferet hæc nobis aliquando optantibus ætas auxilium, & impoſtura hæc ſceleſtiſsima, aut legibus nouis mutationem accipiet: aut ſycophantæ ipſi aliquò breui aufugient in gyaras, in lapidicinas, in heremos, conſcientiæ ſcilicet ignorantiæ ſuæ, ac iniuriarum ceu ſpina confixi: vt inedia, vt labore, vt lachrimis eluant quæ peccant iniquiſsimè, niſi antè de gradu deiiciantur, & vrbe extrudantur à ciuibus toties ac tam grauiter per hos deluſis. Hi enim ſunt, quibus ſe Medicos falsò profitentibus, ſtatim at perperam à rudibus creditur: hi ſunt, in quorum mendacio periculum eſt maximum: hi ſunt, qui diſcunt Medicinam facere periculis ægrorum, & per horum mortes experimenta agunt: hi ſunt, quibus occidiſſe hominem ſumma impunitas eſt: hi ſunt, quorum inſcitiam capitalem nulla adhuc lex puniuit, & quorum vindictæ ac animaduerſionis nullum adhuc extat exemplum, vti pulchrè pariter ac verè à Plinio dictum eſt. Proh deum immortalem, tuum numen imploro, nè ſanctum hoc donum tuum Medicinam, ab hiſce prophanis pollui, à nefariis huiuſmodi totius naturæ hoſtibus conſpurcari, à publicis peſtibus venerari, patiare. Tuum iterum atque iterum imploro numen, Deus optime maxime, vt mortalium ſortem miſeratus iniquam, Guillielmum Poyetum abs te diuinitùs nobis datum archigrammatea diu ſerues incolumem: illi nunc virtutes omneis magna cura præcipuóque ſtudio illuſtranti & beanti, vitiáque ex quouis hominum genere profliganti addas ſtimulos, augeas animos, vt

quod facit, citiùs & conſtantiùs perficiat, vt viris omnibus tua gratia probis iure imprimis lætandum ſit, quòd in hæc tempora velut poſtliminio Saturnia inciderunt, quibus talem ac tantum Gallicæ reipublicæ præfectum ſingulari tua benignitate es largitus. Tu mihi quoque teſtis es bone Deus, me hæc ſcribere non ſpe quæſtus: nō gloria, non cuiuſquam odio commotum: aut vt veram alicuius laudem comminuam, ſed quòd animo plurimùm (vti debeo) angar, dum vitium virtutis loco haberi, & ignorantiam ſcientiæ non modò æquari, ſed etiam præferri maximo reipublicæ incommodo video: me artis noſtræ dignitas, communiſque hominum omnium vtilitas ad præſtandum meum ſibi officium impulit, ne mihi quiſquam ſuccenſeat, tanquàm contumelioſiùs de ſe locuto: ſed qui ſuæ inſcientiæ conſcius ſe noſtra oratione perſtringi exiſtimauerit, fuco depoſito, & exuta Medici perſona, in Medicinæ ſtudioſorum ordinem redeat, tam me ſibi fautorem propitium intelliget, quàm aliorum neminem: apertéque cognoſcet ſe à me non infamari, ſed mores ſuos Medico bono indignos notari, tibi nunquam imitandos lector amice, ſi is es futurus, quem te eſſe velim maximè, hoc eſt, in omni Medicinæ parte multùm diúque exercitus, ac imprimis in hac iſta ſemeiotice, quæ per omnes Medicinæ partes ſcientia certiſsima comprobatas diffuſa, artem reddit maximè difficilem, & propè ſola, coniecturalem. Quapropter ſemeioticen hanc in Hippocratis & Galeni libris paſsim ita diſperſam, vt paucis hactenus vſui magno fuerit, ea methodo in tabellas coniecimus, vt iam poſsit etiam mediocriter doctis, cùm opus erit, in vſum venire. Nos alia quàm plurima inter occupationes noſtras & plurimas & maximas ſenſim formamus & expolimus, quæ re tibi commōſtrare quàm verbis polliceri, maluimus. Vale interim lector candide, & noſtro exemplo maturè, hoc eſt, maximo multorum annorum ſtudio fias Medicus, ſi diu & frugi Medicus eſſe velis, nec te præcocem ad opus Medicum, praxin vocant, aut gloria aut quæſtus rapiat.

www.libtool.com.cn

# METHODVS SEX LIBRORVM GALENI IN DIFFERENTIIS ET

*cauſsis morborum & ſymptomatum, in tabellas ſex ordine ſuo coniecta paulò fuſiùs, ne breuitas obſcura lectorem remoretur & fallat.*

www.libtool.com.cn

MORBVS EST AFFECTVS PRAETER NATVRAM, ACTIOnem primo lædens.

Morbus Partis ſimilaris.
- Simplex
  - Intemperies ſola primarum 4. qualitatũ.
    - Calida, vt febris, ambuſtio ab igne, vel ſole, calor immodicꝰ à motu nimio, vel alia cauſa calfaciente.
    - Frigida, vt
      - Congelatio totius, vel partis à frigore vehementi, tanta ſæpe, vt pars demortua cadat: vel ſi in toto corpore eſt, homo moriatur.
      - In apoplexia, epilepſia, tremore, ſpaſmo.
    - Humida, vt in quibus partibus laxitas & mollities viſu & tactu perceptibilis eſt, nulla foris affluente ſubſtantia.
    - Sicca, perinde ac ſi pars ſalſa eſſet, vt maraſmus totius, vel partis, vt oſsium velut in ſabulum putredine reſolutorum.
- Hîc ſciens omitto morborum in meatuum ametria diuiſionem, ex falſa methodicorum ſecta, pro hypotheſi tantùm adſcriptam.

www.libtool.com.cn

- **Compoſit⁹.**
  - **Intẽperies ſola primarum 4. qualitatum.**
    - Calida humida. / Calida ſicca. — Hi quatuor morbi, vt p̄cedẽtes quatuor, niſi ſint magni, ægrè à medicis noſcuntur.
    - Frigida humida. / Frigida ſicca. — Sequẽtes autẽ quatuor neminẽ latere poſſunt: quia tumorem faciunt pręter naturam.
  - **Intẽperies cũ affluxu materiæ.**
    - Calidæ, humidæ — id eſt, ſanguinis phlegmone.
    - Calidæ, ſiccæ — id eſt, bilis flauæ, eryſipelas, herpes.
    - Frigidæ: humidæ — id eſt, pituitæ, œdema.
    - Frigidæ, ſiccæ — id eſt, melãcholię, ſcyrrhus, cancer.

Rarò aliquis horum humorum & morborum ſyncerus eſt, ſed iis inuicem inęqualiter miſtis & compoſitis fit,

- **Phlegmone**: Eryſipelatodes, Oedematodes, Scirrhodes
- **Eryſipelas**: Phlegmonodes, Oedematodes, Scirrhodes
- **Oedema**: Phlegmonodes, Eryſipelatodes, Scirrhodes
- **Scyrrhus**: Phlegmonodes, Eryſipelatodes, Oedematodes

Qui morbi compoſiti nomen à vincenti humore, denominationem à miſto accipiunt. Huc reducũtur ſtrumæ, phymata, phygethla, lepra, pſora, vitiligo, elephantia.

Iidémque morbi tam ſimplices, quàm compoſiti coniungi poſſunt cũ morbis partis organicæ, vel vtrique parti communibus.

www.libtool.com.cn

- Forma corrupta per
  - Figuræ vitium, vt in
    - Simis à natura, ictu, caſu,
    - Varis, vaciis, plancis.
    - Fractura malè curata,
    - Luxatione.
    - Callo eminentiore innato articulis.
    - Cordis, pulmonis, & reliquarum partium vitioſa figura, à qua etiã meatus aliquis vt plurimùm vitiatur.
  - Amiſsionẽ multitudinis, aut magnitudinis cauitatum, aut meatuum partialicui debitorũ, vt dum hi
    - 1. Nimis patent.
    - 2. Coaleſcunt.
    - 3. Conſtipantur ab occupantibus cauitatẽ internam.
    - 4. Comprimuntur à vicina parte.
    - 5. Reſident & contrahuntur eſſentia ipſorum quibꝰ hi inſunt.
    - 6. Obſtruuntur ab humoribus multis, craſsis, lentis.
      - Siccata, indurata, inflã mata, ſphacelo corrupta, ſuppurata, inflata, vel dũ aliàs aduentitia magnitudine turget: deinde ſua mole cauitates occupat, & meatus obturat: vel quãdo partis figura eſt vitiata, vt in naſo ſimo.
  - Aſperitatem partium ſuapte natura læuium, vt oſsium quorundam: linguæ, faucium, ob quam tuſsis excitatur.
  - Leuitatem partium ſuapte natura aſperarum, vt oſsium quorundam.

Morbus partis organicæ Simplex

Magnitudo inepta, id eſt

Aucta nimis, vt in oculis magnis, encanthide, capite magno, lingua magna illæſa linguæ eſſentia, carne vlceribus ſupercreſcente, priapiſmo, corpore toto ſic aucto, vt vix queat moueri: mammis, teſtibus vtriſque, altero, auctis immo dicè, ſtruma, & cæteris tumoribus præter naturam adeò auctis, vt actionem lædăt. alioqui vel ſymptoma eſt vel pathema ſolùm, vt dolor. Ea magnitudo nimis aucta, rarò accidit poſt natiuitatem, particula ſeruante ſuam figuram.

Minor quàm cõuenit, vt in oculis paruis, rhœade, capite paruo, lingua parua, atrophia, ſeu phthiſi partis alicuius, vel totius. Hæc ſæpe fit poſt natiuitatem.

Numerꝰ partium ſimilarium, ex quibus inſtrumenta ſingula cõſtituuntur.

Superfluarum & non neceſſariarum, ſed

Accreſcẽtiũ iis quæ ſunt naturali habitu, vt

Sextus digitus in ſe digito.

Pterygium in oculo, id eſt, vnguis morbus, cùm adeò increuit, vt pupillam obſcuret.

Tuberculũ verò corpulentum, vel id genus aliud in naribus, vel alio meatu, eſt cauſſa morbi, ſcilicet obſtructionis.

Toto genere præter naturam, vt

Contenta in abſceſsibus, vt pus, & reliquæ materiarum ſpecies.

Abſceſſus ipſi, meliceride, atheromata, ſteatomata.

Lũbrici & aſcarides.

Calculus in veſica, renibus.

Grando & ſuffuſio in oculo, quæ ex ſimpli-

cibus morbis primò eſt totius inſtrumenti morbus, vlcus autem ceratoidis, ex accidente.
Vitiligines, lepræ, calli, acrochordones.
Ex quibus quæ actionē primò impediunt, vt ſuffuſio, ſunt morbi: quę non primò, ſunt morbi cauſſæ.

www.libtool.com.cn

Deficientium. Ex parte, vt in partibus ex dimidio ſectis, mutilatis non formatis.
Ex toto, quæ radicitùs perierunt, vt oſſa, digitus, pes, vena varicoſa, glandula indurata, gurgulio, & cæteræ partes corpulentę, truncatæ, exectæ, putrefactæ, non formatæ. Quare naturalis partium ſimplicium numerus eſt imperfectus. Quæ autem ex his actionem lædunt, ſunt morbi. Quæverò partem actionis opificem refrigerant, vel ei non ſatis alimenti tranſmittunt, ſunt morbi cauſſę. Quædam autem & morbus ſunt, & morbi cauſſa, vt gurgulio exectus omninò. Nam vocem lædit, & pulmonē ac thoracem refrigerat. In quibus morbum ad partē relictam referas, non ad ablatā.

Morbus partis organicæ Simplex
Cōſtructio indecens
Situs partium præter naturam, vt in
Enterocele, epiplooccle. i. deſcēſu inteſtini vel omēti in ſcrotū.
Articuli tum luxatione, tum pararthroſi, id eſt cōmotione.
Connexus partium præter naturā, quādo vicinę partes inter ſe non bene cōſentiunt, vt in
Vinculo linguæ, pudēdi
Ligamentis articulorum
Laxis, intētis, ruptis, breuiorib⁹, longiorib⁹.
Coaleſcentia labiorum, digitorum, palpebrarum, ſedis, vel aliarum partium ob vlcus, præter naturam coaleſcentium.

Prima inſtrumenta,vt muſculus, vena,arteria ex partibus ſimilaribus:Secunda,vt digitus,ex primis rectam vel vitiatam compoſitionem ſortiuntur. Ex híſque vt ſana ſint , vel ægra, obtinent.

www.libtool.com.cn

Morb⁹ partis organicæ Cõpoſitus.

Proprius eidem , quando duo aut plures morbi inſtrumentorum ſimul in eodem inſtrumento,vel plures eius particulasſimul infeſtãt, vt in oculo ſuffuſio cum pterygio, vel rhœade. Nam horum quilibet proprius eſt oculi morbus: ſic in lingua magnitudo nimia, &aſperitas pręter naturã.

Accidens eidem,quando morbi ſimilarium partium ſimplices multi,vel compoſitusaliquis,vt phlegmone,vnam inſtrumenti particulam,aut ſinguli ſingulas infeſtarint, per accidens ad totum inſtrumentum refertur morbushic cõpoſitus,ſeu morbi plures. Nam ſimilarium partium morbi ſimplices,aut compoſiti,ex accidente ad totum inſtrumentum referuntur: vt ophthalmia tunicæ cohærentis phlegmone, eiuſdem morbus propriè eſt , oculi per accidens:& eroſio ceratoidis tanta, vt per eam excidat tunica rhagoides,& ob id diſtorqueatur pupilla. Hi tres affectus oculi ſunt pathemata, licet eroſio ceratoidi, prolapſus rhagoidi,contorſio pupillæ ſit propria.

Proprius & accidens ſimul , vt luxatio cum phlegmone. Illa enim primò inſtrumenti morbus eſt , hæc ſingularum inſtrumenti partium morbus eſt primò, inſtrumenta autem non primò nec propriè morbus eſt,ſed per accidens.

Poteſt etiam morbus organicus componi cum ſolutione continui,vt in tumoribus præter naturam.

Morb⁹ vtrique parti communis.i. vnitatis partiũque inter ſe

In carne,vulnus,vlcus,rhegma,id eſt ruptio,thlaſma ſeu thlaſis,id eſt contuſio.quæ etiam fit interdum in oſsibus capitis mollibus, vt puerorum. Nam quod contunditur à foris irruente aliquo corporeviolento,valido,duro,debet in ſe cedere,& mox ad priorem habitum redire, & externam faciem integram ſeruare, multis & paruis in profundo diuiſionibus . Sit ergo mollis & non perfectè dura pars cõtinua quæ contunditur. Si autem cauitas ab ictu inducta remanet,enthlaſis, id eſt, illiſio dicitur. Si os

cohęrere debent ad actionem vel vſum ſolutio.

Simplex

capitis intrò compulſum eſt, & in ſuperficie externa ſit ruptura, morbus eſt compoſitus, à veteribus non nominatus.

www.libtool.com.cn

In oſſe

Capitis

Rhogme, id eſt, fiſſura ſeu rima: & rexis, id eſt, ruptio: & encope vel diacope, id eſt inciſio: vel hedra, id eſt ſedes, cùm ab acuto incidente capiti vel irruente fit: & thlaſma, id eſt, contuſio in oſsibus capitis mollibus, vt nunc dictum eſt.

Aliò, fractura & teredon, id eſt, caries, quaſi tredon, ἀπὸ τοῦ τρήματος, id eſt, à foratione, quando veluti foramẽ quoddã in oſſe apparet ab acribus humoribus eroſo, quam præcedit oſsis aſperitas, morbus ad conformationis vitium pertinens.

In neruo, conuulſio & fibrarum neruoſarum diuulſio, quæ vt rhegma, fit à motu repentino, inæquali, valido in corporibus ad motum inductis, antè quàm frictione ad æqualitatem perducta & calfacta ſint. Per hos enim affectus multæ in his partes diuelluntur.

Hæc ad partes ſimilares propriè pertinent, per accidens ad organica.

Apoſpaſma autem, id eſt, auulſio propriè duntaxat inſtrumẽtorum eſt affectus, quo partes ſimilares priùs cohærentes auulſæ ſunt.

Diuulſio autem ligamenti vel arteriæ eſt pathema, & totius inſtrumenti, quia partes ſibi inuicem non cohærent, neque in vnum coëunt, & partes diuulſæ: quia non manet vna, ſed in duas diuiſa eſt. Si autem non tota pars diuulſa ſit, ſed tantùm eius particula, affectus propriè eſt partis diuulſæ morbus: per accidens, inſtrumenti.

Compoſita

www.fibtool.com.cn

Morb⁹ vtrique parti cõmunis, id eſt, vnitatis partiũ quæ inter ſe cohærere debent ad actionẽ vel vſum, ſolutio, Cõpoſita

- Secum, vt fractura cum vlcere, vlcus cum ſpaſmo, eroſione, ruptura.
- Cum morbis partiũ ſimilarium vel organicarũ ſimplicibus, vel cõpoſitis, vt vlcus cũ
  - Calore, frigore, humiditate, ſiccitate ſola præter naturam.
  - Calore, Frigore & Humiditate, Siccitate. In quib⁹ pars triplici morbo à naturali habitu receſſit. Nam ob vlcus partium ſuarum vnitatem amittit: ob alia calidior, & humidior, vel ſiccior, aut frigidior, & humidior, vel ſiccior ſua naturali temperie pars eſt effecta.
  - Phlegmone, carbo. eryſipelate.
  - Herpete, œdema. ſcirrho.
- Vel alia quæuis ſolutio continui connexa cum alio morbo partis ſimilaris vel organicæ.

Et ſi tumor in his poſtremis tantus eſt, vt actionem lædat, is morbus eſt: tuncque pars morbos quatuor ſuſtinet: alioqui tãtùm ſymptoma eſt aut pathema, vt dolor. ſic eryſipelas aliquando cum vlcere, carbo ſine vlcere non conſiſtit: cancer & herpes ſæpiùs cum vlceribus, interdum ſine iis conſiſtunt. Quinetiam morbi hi omnes etiam ſine vlcere compoſiti ſunt, vt prius dictum eſt in intemperie cum affluxu materiæ.

Hi morbi ſunt in toto corpore, aut parte, & ab vtero, aut poſt natiuitatem.

TABVLA

# TABVLA SECVNDA DE *Cauſsis Morborum.*

www.libtool.com.cn

Cauſſæ effectrix morborum
- προηγουμένη, id eſt, præcedens ſeu interna, eſt affectus vel motus præter naturam in ipſo animali conſiſtens.
- προκαταρκτικὴ, id eſt, euidens ſeu externa, quæ extrinſecùs adueniens, vehementer alterat & immutat corpora.

Cauſſæ internę & externæ morborum partis ſimilaris ſimplicium
- Calidorum calorem natiuũ in parte vel toto immodicè accendentia vt ignẽ. ſcilicet,
  - 1 Motus. Nam accendi prõptis in
    - Muſculis / Articulis — Multus & fortis
      - Laſsitudinẽ facit, ſi calor ſoluitur antè quàm in totũ animalis corpꝰ ſpargatur.
      - Febrem excitat ſi laſsitudo magna ſit & diuturna, & calor ille immodicus in totum corpus ſpargatur.
    - Corde per iram, febrem facit, ſi per totum corpus calor ſpargatur immodicus, nec in corde deferbuerit.
  - 2 Putredo humorum, & interdum etiam partium, in quibus hi putrent: vt in eryſipelate, herpete, phlegmone, carbunculo, phygetlo. Hi ſi ſimul totum corpus calfaciunt, febrem quoque excitant. Cauſſæ 3. putrefactionis pòſt dicentur in numero deficiente.
  - 3 Conſtipatio. Hęc cute denſata per frigus, balneum aquæ aluminoſæ, vel alterius huiuſmodi, vaporum tranſpirationem prohibet: qui ſi ſint fuliginoſi, febrem accendunt cumulati.
  - 4 Vicinia & contactus rei calidioris, vt ignis, aëris feruentis, bubonis, phlegmones, eryſipelatis, & cæterorum adeò calidorum morborum: à quibus continenter vicinis partibus diſtri-

butus calor, & tandem etiam cordi, ac inde toti-
corpori, febrem excitat.

5 Materia calida & acris .i.

Alimentũ calidũ, acre, vt

Allium, porrum, cœpa, & reliqua id genus, quorum vſus immodicus febrem interdum excitat.

Vinũ vetus & acre, imbecillo corpori largiùs ingeſtum.

Medicamenta acria & alexiteria, & amuleta: quippe quæ omnia febrem excitare poſſunt, vt cauſſæ aliæ prædictæ, ſi multæ ſint fortes, diuturnæ, & corpus propin quum, accendiq; idoneũ.

www.libtool.com.cn

Frigidorũ calorem

1 Motus immodicus & ocium. Nam calor, vt flamma augetur modo mediocri, immodico diſſoluitur, nullo marceſsit.

2 Raritas toti[9] vel partis calorẽ natiuũ diſsipans

Medicamẽtis calidis admotis

Balneo ex aqua dulci calida, vel medicam vim ſortita: ſed q̃ nõ denſat.

Aëre ambiente calido, ex ſole vel igne.

Interceptione arteriarum ob

Nimiam ſanguinis plenitudinem, vt non ſuperſit vacuum ſpatium, in quod diaſtole ſua externum aërem (attrahant.

Oſcula earum obſtructa, vt nequeãt tranſpirare, & vacuari excrementa

Acria

Pauca, febrẽ tunc efficit, ſi mediocris

Multa, caloris natiui ſuffocationem, ſi vehemens

www.libtool.com.cn

Cauſſæ internæ & externæ morborum partis ſimilaris ſimplicium

- natiuum vt ignẽ extinguentia,
- 3 Conſtipatio maxima & denſitas totius, aut partis facta.
  - Aëre, medicamẽto, balneo aquæ frigidæ, vel balneo aquæ ſalſæ, aluminoſæ & ſimilium.
  - Vinculis iniectis, quæ partẽ priuant cõmunione cordis natiuum calorem parti illi & vim vitalem arteriasmouentẽ trãſmittentis.
  - Halituo… Plethoram, ſi exercitatio neglecta eſt / Corpus calidi⁹, ſi exercitatio ſequuta ſit — ſique parua — Conſtipatio fuerit.
- 4 Vicinia & contactus rei frigidę, vel actu, vt niuis, glaciei, aquæ frigidæ, aëris frigidi: vel potẽtia, vt balnei, aquæ dulcis intempeſtiui, vel immodici.
- 5 Materia frigida qualitate vel quantitate, id eſt,
  - Alimentũ
    - Paucum, nullũ: potus & cibus frigidus, multus.
    - Cibi optimi ſucci, & plurimũ nutrientes immodicè ſumpti.
    - Vinum immodicè ſumptum, quamuis calidum ſit. vnde apoplexia, epilepſia, ſenſus motúſq; difficultas, id eſt, ſtupor naſcuntur.
  - Medicamentum, vt hyoſcyamus, papauer, cicuta, mandragoras.
- Siccorũ
  - Aër ſiccus, & balneum ex aqua ſiccante, vt marina, nitroſa, aluminoſa, & ſi qua alia eius naturæ eſt.
  - Mot⁹ plurib⁹, vacuo corpore pſertim, & in aëre ſicco.
  - Alimenta ſicca & pauca, & plurima tranſpiratio, aut alia quęuis vacuatio immodica.
  - Medicamenta ſiccantia ſumpta vel admota.
  - Vigilia, cura multa & ſi qua alia in ſumendis, admouendis, faciendis, educendis naturalem ſiccandi facultatem habent.

- **Humidorum**
  - Aër humidus ex parte anni, regione, cœli ſtatu pluuio, & balneum aquæ dulcis frequens, præſertim mox à cibo.
  - Motus mediocris poſt cibum, reliqua vita ocioſa & ignaua, & mollis educatio.
  - Alimentorum humidorum copia, & potus plurimus.
  - Medicamenta humectantia.
  - Somnus plurimus, animi tranquillitas, & quæ alia in ſumendis & cæteris generibus humectant.

**Cauſſæ internæ & externæ morborũ partis ſimilaris cõpoſitorũ**

- **Ex intemperie ſola**
  - Calidorum humidorũ — Calidæ humidæ
  - Calidorum ſiccorum — Calidæ ſiccæ
  - Frigidorum humidorũ — Frigidæ humidæ
  - Frigidorum ſiccorum — Frigidæ ſiccæ
  - Calidorum frigidorũ — Calidæ frigidæ
  - Humidorũ ſiccorum — Humidę ſiccæ
  - Cauſſæ ſunt compoſitæ, quarum duæ poſtremæ coniugationes inæqualem faciũt intemperiem in toto, vel in parte.
- **Ex intemperie cum affluxu materiæ**
  - Calidorum humidorũ, — vt phlegmones, ſanguis calidus humidus
  - Calidorum ſiccorum, — vt eryſipelatis, bilis flaua, calida ſicca.
  - Frigidorũ humidorũ, — vt œdematis, pituita frigida & humida.
  - Frigidorũ ſiccorum, — vt ſcirrhi, melancholia frigida ſicca.
  - Cauſſæ ſunt cõpoſitæ, cùm hi humores ſynceri in partẽ fluunt, tranſmiſsione, attractione: aut etiam miſti, vnde magna ſæpe in his morbis varietas. Nam carbunculus, herpes, cãcer, gangræna, phygethlon, phagedæna, ſatyriaſis, alphi, atheromata, ſteatomata, melicerides, achores, ganglia, morbi ſunt ex fluxione horũ humorum orti.

www.libtool.com.cn

- Cauſſæ internę & externæ morborum partis organicæ conformationis præter naturā
  - Figuræ vitiatæ
    - In vtero, cùm fœtus in eo malè cōformatus eſt ob
      - Motum naturalem ſpermatis impeditum.
      - Materiæ quantitatem, vel qualitatem non idoneam.
    - Ab vtero
      - Error
        - Obſtetricis nō rectè fœtū ſuſcipiētis.
        - Nutricis in
          - Inuoluēdo faſciis infantem adhuc mollem & fluxilem.
          - Deligando ſtrictiùs partem aliquam, vt totum thoracem virginis, ad augendum coxas & ilia.
          - Lactando, lauando, reponendo, erigendo, vel aliter mouēdo, vt per ſtationē, vel ambulationem, vehementer, intempeſtiuè, incompoſitè, vnde crura rectiora quidem foràs blæſis, id eſt, variis, ſinuoſa autem intrò variis & cōpernibus ferè torquentur, & alia mēbra aliorſum quā decet diſtrahuntur, ob pōdus corporum eis incumbētium.
          - Educatione reliqua.
            - Nimia, vt repletione immodica, q̄ vires naturales lædit.
            - Parca, q̄ atrophiā parit, id eſt, alimēti defectum.
        - Medici deligantis malè & conformantis membra fracta aut luxata.
        - Aegri vtentis membris fractis callo nondum firmo.

# TABVLA

**Affectus varij**

- Confractio labiorũ circa cauitates articulorum, colliſio, vt naſi.
- Luxatio, cuius cauſſæ aliquot in vitioſo ſitu dicentur.
- Exciſio oſsium aut carnis plurimę, quæ poſteà non æqualiter, ſuccreſcit.
- Plenitudo partis aut totius, vt in obeſis: defectus, vt in colliquatis & phthiſi, in qua nares acutę, oculi concaui, collapſa tempora ſcapulæ & brachia alarum modo porrecta.
- Elephas, in quo naſus ſimus, labra craſſa, aures acutæ, cętera ſatyris ſimilia.

Hęc prima ratione naturalem figuram vitiant.

- Neruorum aut tẽdonũ aut muſculorũ
  - Reſolutio / Sectio per tranſuerſũ — Partẽ permittẽs attrahi à muſculis cõtrariis naturalẽ ſitũ & actionẽ illæſam habentibus.
  - Tenſio ex — Cõuulſione, phlegmone, ſcirrho, cicatrice dura partem proximã ad ſe trahens.

Hęc per accidẽs vitiant figuram naturalem.

**Aſperitatis partiũ natura læuiũ in**

- Oculis, lingua, faucib⁹ arteria aſpera — Acrimonia medicamentorum detergentium, humorum, vaporis, fumi, expirationis per febres, puluis. — Hæc ſi valẽtia ſunt, in carne vlcus, in oſſe cariem excitant.
- Gula, ventriculo, inteſtinis
  - Eadem propè omnia, & præthereà cibi & potus qualitas acris, & venena.
  - Excrementa in ipſo corpore genita.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

- **Cauſſæ internę & externæ morborum partis organicę conformationis præter naturā**
  - Læuitatis partium naturâ aſperarum, humor pinguis & lentus, vt in oſsibus ſæpe ob humorum in animali contentorum naturam, vel medici vitium malè ipſa curantis.
  - Cauitatis ſeu meatus partiū internarū omnino amiſſi, aut læſi per
    - 1 Raritatē ſeu apertionem immodicā oſculorum
      - Expultricis motus immodicus.
      - Retentricis imbecillitas.
      - Inſtrumentorum laxitas immodica.
      - Medicamenta & aquæ vim aperiendi ſortitæ.
      - Aër calidus, humidus.
    - 2 Coaleſcentiā, exulcerata interna facies meatus, deinde partibus vlceratis coaleſcens.
    - 3 Conſtipationem
      - Caruncula, vel aliud tuberculum, vel ſchirrus, phlegmone, abſceſſus.
      - Et cæteri tumores præter naturā inſtrumenti internam cauitatē comprehendentes.
    - 4 Compreſsionem, aliquid extrinſecus incidens, & valde comprimens & conſtringens ob id corpora cauitatem ambientia ſimul ad interna cauitatis impellens.
    - 5 Reſidentiam in ſeſe, abſtringentia frigus, ſiccantia quæ meatus præcipuè, deinde ventres conſtipāt & meatuum oſcula, quæ etiam ſæpe omnino occæcant, vti facultas retentrix, immodicè mouens, & ea ad extremum cogens ac conſtringens & conſtipás.
    - 6 Obſtructionem
      - Humor multus, craſſus, lentus.
      - Grumus aut callus.
  - vel, Magnitudinis
    - Auctæ
      - Vtilis materiæ multitudo.
      - Virtus valida.
    - Minutæ
      - Cauſſę cōtrariæ & ſectio, vſtio, putrefactio, mortificatio partis à frigore immodico.
  - Deficiētis
    - Refrigeratio à cauſsis frigidis prædictis, reſectio, vſtio ab igni, aut medicamento
    - Putrefactio ob
      - Trāſpirationem prohibitam per conſtipationem prædictam.
      - Medicamenta putrefacientia.
      - Excrementa in animali genita

- vel, Numeri præter naturā
  - Superflui
    - Naturali ſpecie, vt ſexti digiti, carnis vlceri ſupercreſcentis, pterygij. i. vnguis in oculis.
      - Vtilis materię multitudo.
      - Vires validè confirmantes & producentes.
    - Specie pręter naturam, vt ganglij meliceridis, atheromatis, ſteatomatis, & cęterorum talium.
      - Materię multitudo & qualitas præter naturam.
      - Vires expellentes validè.

www.libtool.com.cn

- vel Cōpoſitionis pręter naturam.
  - Conſtructionis peruerſæ
    - Motus ſubitarij & vehementes.
    - Humor in articulis copioſior, ligamēta humectans & laxans, & totum articulum reddens lubricum & labilem ob viſcoſitatem.
    - Supercilia ſeu labra cauitatis articulorum fracta, & ob id oſsium in artubus capita cauitatibus ſuis promptè excidentia, vt in coxarum ſinu.
    - Articulorum cauitates ſupinæ ac ſuperficiarię, parúmque profundæ ab initio fractæ. Quæ omnia luxationis etiam cauſſæ ſunt.
  - Diſſenſus vicinarum partium & ineptę coaleſcētiæ, & à ſitu ꝓprio receſſus.
    - Luxatio, intentio, ruptio, inciſio, eroſio, caſus vehemens, & cætera, ex quibus
    - Eeterocele / Epiploocele
      - Quādo omnino laxato vel rupto meatu à peritonæo ad teſtes, inteſtinum, vel omentum delabitur in meatum, vel tunicam erythroiden.
    - Inteſtina, peritonæo. / Pulmonis lobus, thorace / Hepatis lobus, hypochondrio dextro
      - Diſſecto, excidentia, vel à caſu vehemēti, aut compreſsione contorta, tuncque etiam figura læditur.
    - Rhagoides tunica immodicè laxata ob eroſam ceratoidem.
    - Inepta partium coaleſcentia, appendiculo aut ligamento laxato, intenſo, rupto.

Cauſſę internę & externę morborũ vtrique parti cõmuniũ, id eſt, ſolutionis vnitatis,
- Internæ cauſſæ
  - Motus animalis incompoſiti, & intentior actionis vehementia.
  - Humores praui & erodẽtes, & plenitudo ad vaſa.
- Externæ cauſſæ
  - Erodentia, vt ignis, medicamenta acria & cauſtica.
  - Tendentia & rumpentia, Frãgentia & cõtundẽtia, Incidentia vt acuta & ad ſecandum habilia, vt
    - Caſ⁹ ab alto, graue & durum incidẽs corpori.

Compoſitorum morborum cauſſę ex prędictis facilè componuntur.

www.lbtool.com.cn

# TABVLA TERTIA DE *differentiis Symptomatum.*

Symptoma generatim dictum eſt, quicquid animanti præter naturã accidit, id eſt, morbus, cauſſa morbi interna: ſymptoma ſpeciatim dictum eſt, id eſt, quicquid animanti præter naturam accidit, excipiẽdo morbos & cauſſas morborum: quòd morbum ceu vmbra corpus ſequitur, de quo in hac tabula tertia.

Symptoma ſpeciatim dictũ triplex & primò, Actio læſa, vel abolita, ſeu noxa actionũ, id eſt, abolitio, debilitas, deprauatio Animalium
- Senſificarum
  - Viſus
    - Abolitus, id eſt, cæcitas.
    - Debilis & hebes, amblyopia.
    - Deprauatus, hallucinatio.
  - Auditus
    - Abolitus, id eſt, ſurditas.
    - Debilis ſeu grauis, barycoia.
    - Deprauatus, obauditio.
  - Odoratus
    - Abolitus.
    - Debilis ſeu grauis.
    - Deprauatus.

Dũ hi ſenſus quinque ꝓpria ſenſibilia omninò nõ ſentiunt, aut ſentiunt malè, id eſt, debiliter vel deprauatè: vt ſi viſus circa colores, figuras, magnitudines: auditus, circa ſonos: odoratus, circa odores: guſtatus, circa ſapores: tactus circa qualitates tactiles, caliditatẽ, frigiditatem, humi-

www.libtool.com.cn

- Guſtatus
  - Abolitus.
  - Debilis.
  - Deprauatus.
- Tactus
  - Abolitus.
  - Debilis.
  - Deprauatus.
  - Dolor & pruritus.
- Primi omniũ ſenſus & communis
  - Vigilia.
  - Veternus.

Non mediocris notæ ſymptomata ſunt.

ditatem, ſiccitatem,&c. ex iis ortas fallitur, vt per ſuffuſiones videndi facultas ea foris cernere videtur, quæ oculo inſunt: per tinnitum aurium audiendi facultas ea extrinſecùs ſonare putat, quæ intus circa meningas mota ſonant: odorandi facultas ob indigenã quãdam cacochymiam, ſeu humores in naribus contẽtos & odorem fœdum eructantes, à vicinorum corporum vapore tolli eos putat:& lingua alio quopiam humore imbuta, vt amaro in icteris, omnia quæ guſtarit, tali ſapore prædita iudicat: quia humor antè quietus & latens in lingua, nunc motus à re guſtata vel circa hanc ſentitur, non autem res guſtata.

Dolor autem his quatuor ſenſibus fit, ab hoc proprio ſenſibili interno: maior ab externo, ſed inſigniore, vt viſioni à lucis ſplẽdore, auditui ab aſpero & vehementi ſtrepitu, odoratui ab odore tetro, guſtatui à ſapore ingrato. Sed dolor inſigne ſymptoma tactus in ſua functione, ſenſoriis illis vehemẽtior accidit, quatenus ſenſu tactus ſunt prædita, vt reliquis partibus ſenſum tactu habentibus à propriis & communibus obiectis externis dolor fit, ſed multò magis ob intimos corporis affectus affatim irruentes. Et quò ſenſorij eſſentia craſsior eſt, eò maior eſt dolor, vt voluptas. Senſorij autem tactus eſſentia eſt craſsiſſima: ob id in ſtomacho, id eſt, ore ventriculi (quod etiam cor nominant) tactus exactiſsimo organo, ſymptomata grauiſsima accidunt, cardiogmi, id eſt, cordis eroſiones, cardialgiæ, ſyncope ſtomachica, dyſpnœa, apnœa, morſus, epilepſia, melãcholia morbus, delirium, paracope, id eſt, mentis alienatio, caros, veternus, catalepſis ob conſenſum quem omnium partium hæc pars habet maximum & celerrimum cum corde & cerebro partibus principibus: præſertim cum ſentit exactiùs, & partes hæ tres ſunt ſuapte natura imbecillę. Appetentia autẽ animalis abolita,

debilis, deprauata, ſtomachi ipſius propria, & per ſe ſunt ſymptomata, vt appetentia, naturalis partibus reliquis, & brutis omnibus ac plantis communis.

www.libtool.com.cn

- Actio læſa vel abolita ſeu noxa actionū .i. abolitio, debilitas, deprauatio animaliū
  - Actuarum, ſeu motricum
    - Motus voluntarius
      - Abolitus & tactus in
        - Parte, paralyſis, id eſt, reſolutio neruorum, vt
          - Reſpiratoriorū, apnœa: vocaliū, aphonia: linguæ, ſermonis vitium dicitur,
          - Muſculorū, colli, veſicæ & ſedis, inuita vrinæ & ſtercoris deiectio dicitur.
        - Toto corpore
          - Tantùm, paralyſis.
          - Cum principum facultatum ceu reſolutione, apoplexia.
      - Debilis & tactus
        - Stupor, dyſpnœa & eius ſpecies, cacophonia, dyſuria, pro differentia neruorum affectorum.
      - 1 Cōuulſio .i. neruorū & muſculorum retractio ad ſuā originem inuita in
        - Parte, vt muſculis
          - Tēporalibus, quę cum dētium ſtridore eſt.
          - Oculorum, vt in ſtrabiſmo & inuerſione.
          - Reſpiratoriorū, vt in duplici reſpirationis reuocatione & ſpiritu offendente.
        - Toto corpore
          - Tantùm, emproſthonos, epiſthonos, tetanos dicitur.
          - Cum principum facultatum læſione, epilepſia.

Depra-uatus & coactus

Ceu cõuulſio eſt

Singultus.i.motus facultatis expultricis humores ventriculi corpus imbuentes conantis expellere

Gonorrhœa cum rigido pene: cum laxo autem à facultatis eſt retentricis imbecillitate.

2 Tremor motus ex contrariis ſibi inuicem ſuccedentibus ſine quiete ſenſibili,vt pulſus formicans,partem ſurſum ferente, aut rectã continente animali facultate, deorſum trahente inſita grauitate,ſic vt facultas imbecilla & grauitas viciſsim vincat,& mox vincatur, quod etiam accidit ex longo motu vel pondere.

3 Rigor eſt motus multus, velox,frequens, validior quàm in tremore,ſimilis conuulſioni:quo inuiti diſtenduntur & curuantur.Nam facultas expultrix à cauſſa præter naturam, ſcilicet excremento rodenti & moto vehementer per ipſas partes pungẽdo,vulnerãdo:& ob hęc dolorifico irritata, partes ipſas cõtrahit & cõſtringit, vt earũ quęlibet cõtentã in ſe excremẽti illius portionẽ citò expellat,in cutẽ,ſi ſudore:in ventrẽ ſuperiorẽ aut inferiorẽ,ſi tuſsi,vomitu, deiectione,acceſsio vel febris criticè ſolui debet.Contractis autẽ muſculis neceſſariò etiã articuli ipſis annexi contrahuntur,& fit vehemens totius corporis ſuccuſſatio,quaſſatióque & cutis cum partibus ſubiectis& extremis exanguis ac frigida fit,animali facultate, ſeu calore natiuo cum ſanguine & ſpiritu, primis animæ inſtrumentis, ſe in corpus intimum retrahente,vt in verecundia, & balneo frigidæ, deinde ibi collecta, & ob vehementes contra cauſſam moleſtantem incurſiones cum multo calore rediens,febrem à rigore accendit, adiuuante apta in id materia,niſi ob cauſſæ magnitudinẽ victa facultate imbecilla homo moriatur.

4 Horror eſt motus qualis in rigore, ſed minor.

www.libtool.com.cn

5 Tuſsis eſt vehementiſsima quædam efflatio ab inſtrumentis reſpirationis. excrementa (vel ſi qua cauſſa alia præter naturam facultatem expultricem ipſorum irritat) expellere connités; attracto prius aere copioſo in aſperas arterias & violenter expulſo, quum ipſæ vtpote cartilaginoſæ & duę contrahi nequeant circa id quod in ipſis continetur.

6 Sternutamentum efflatio eſt quam tuſsis vehementior, nares, oſſa ethmoidea, inſtrumenta olfactus, ventriculos anteriores cerebri repurgans.

7 Oſcitatio motus maxillæ inferioris, ad diſcutiendum ſpiritus in ea flatuoſos.

8 Pandiculatio eſt motus & diſtẽſio membrorum omnium ad vaporum ex eis diſflationem.

www.libtool.com.cn

Hęc ſex poſtrema poſsis etiam referre ad motum facultatis expultricis irritatæ à Cauſſa præter naturam (quòd ab ea principium ſit horum motuum voluntariorum coactorũ) quales ſunt ſingultus, ructus, vomitus, palpitatio, tineſmus, dyſenteria, lienteria, ſtrãguria, vrinæ fluor, vteri expulſio præter naturam, flatus ſtrepens, ſtridor, ructus, borborygmus. licet inteſtinorum, veſicę, vteri motus facultatis expultricis ſecundum & præter naturam ſimiles videntur.

Actio lęſa vel abolita ſeu noxa actionum, Animaliũ — Principum:

- Imaginatio
  - Abolita, eius ceu quædam paralyſis eſt, & caros, id eſt, ſopor aut catalepſis dicitur.
  - Debilis, vt in veterno, lethargo.
  - Deprauata, delirium.
- Cogitatio
  - Abolita, eius ceu ſolutio quædam eſt, quæ dementia & ſtultitia dicitur.
  - Debilis, ſtultitia, fatuitas.
  - Deprauata, delirium.
- Memoria
  - Abolita, obliuio.
  - Debilis, torpor.
  - Deprauata, deliriũ.

Delirat enim nũc ſola ima. nũc ſola cogitatio. Interdũ vtraq; ſimul etiã cũ memoria.

www.libtool.com.cn

**Naturalium, vt in ventriculo coctionis inſtrumento.**

- Attractio familiaris alimenti
  - Abolita, quando ventriculus nihil omnino appetit, nec attrahit gula reſoluta.
  - Debilis, quando vix & multa tempore attrahit ventriculus.
  - Deprauata, quando inter trahendum velut palpitat, tremit, conuellitur, concutitur.
  - Ad hæc ſymptomata reducas licet appetentiam abolitam, debilem, deprauatam, id eſt, immodicam cibi & potus cupiditatem, vt in bulimo & fame canina: vel alienę qualitatis deſiderium, vt in pica mulierum, & diſtributionem alimenti abolitam, debilem, deprauatam. Hæc enim partium attractione fit.
- Retentio & exacta comprehenſio vt nullũ ſpatium inter ventrẽ & cibos relinquatur, donec facta erit coctio & aſſimilatio.
  - Abolita, cum cibos non comprehẽdit ventriculus, vt in lienteria.
  - Debilis, cùm ventriculus debiliter cibos amplectitur, vnde
    - Fluctuatio,
    - Inflatio.
  - Aut ſi amplectitur, non retinet donec coctio perficiatur: aut nec amplectitur, nec retinet.
  - Vnde
    - Coctio imperfecta, Deiectio feſtina cui
      - Humiditas excrementorũ
      - Cibi deficiẽs p corp⁹ digeſtio
      - (Neceſſariò & inſeparabilia)
    - Corruptio ciborum in ventre inferiori cui
      - Fœtor excrementorum
      - Mordicatio
      - Inflatio
      - (Nõ neceſſariò)
    - Succedũt ſymptomata ex ſymptomatis nata. Nam ſymptoma alterius ſymptomatis interdum eſt cauſſa.
  - Deprauata, cùm apprehẽdit vẽtriculus cũ
    - Cõuulſione quã ſenſui ſingultus
    - Confuſione, vt rigor febrium in toto corpore
    - Palpitatione, quam ſeſus manifeſtè
    - oſtẽdit

Tremore, qui ægrè deprehenditur, niſi diligenter animaduertas inſolitam & obſcurã poſt cibum moleſtiam ventris grauati, & citò cupientis onus ſuprà vel infrà expellere cũ ructibus & dyſpnœa magna citra fluctuationem, inflationem, palpitationem, ſingultum.

www.libtool.com.cn

Alteratio, id eſt, coctio ſeu cibi in qualitatem animali familiarem mutatio.

- Abolita, ἀπεψία, id eſt, cruditas dicitur, cùm cibus non mutatur, ſed talis ſecundum omnes qualitates permanet, qualis aſſumptus eſt.
- Debilis, βραδυπεψία dicitur, dum coquitur quidem cibus, ſed vix & longo tempore.
- Deprauata, δυσπεψία, cùm cibus in alienam qualitatem, & quæ non eſt ſecundum naturam, mutatur: Huius ſymptoma eſt trãsformatio, vt in elephante, & leuce. Ad hanc reducitur ſanguificatio abolita & mala, id eſt, debilis, deprauata, vt in hydrope, & aliẹ partium ſingularum coctiones, à quibus fit earum nutritio, abolita, aut debilis, vel deprauata, quam ſequuntur leuce, ophiaſis, alopecia, & id genus ſymptomata.

Expulſio alieni qualitate, quãtitate.

- Abolita, cum nihil expellitur, vt in ileo (in quo ſtercus vomitu reiicitur) & ictero, id eſt, morbo regio, & retenta bile atra, quod nomine proprio caret, & icterus niger dicitur.
- Debilis, cùm tardè expelluntur excremẽta.
- Deprauata, cum expellit ante perfectam coctionem, vel ea perfecta ceſſat, aut tardat, vel fit cum aliquo ſymptomate prędicto: vel inæqualiter, vel venter immoderatè irruit in cibos.

Hæc ventriculi ſymptomata ſunt, quatenus eſt coctionis inſtrumentum. Alterum eundémque æqualem ſymptomatum numerum duodecim ventriculus habebit, quatenus eſt ſimilare corpus, ipſúmque nutriri oportet & reliquę omnes corporis partes naturales, vtpote prędite his quatuor facultatibus naturalibus, attractrice, retentrice, coctrice, expultrice bona, aut abolita, debili, deprauata. Quòd ſi inſtrumentum facultatis etiam animalis fuerit,

tria præter dicta duodecim ſymptomata accidere poſſunt, vt ſenſus vel motus abolitus, debilis, deprauatus. Si verò ſentiendi ſimul & mouendi ſit inſtrumentum, ſymptomata 18. pati poteſt.

www.libtool.com.cn

Atrophia, id eſt, macies, fit in toto, vel parte ex noxa vnius, vel plurium facultatum naturalium partis opus toti commune habentis ad nutritionem, vt vētriculi, hepatis: vel omnium ſimul partium, dum in toto eſt vel partis ignobilis, in qua ſola eſt atrophia, quam excitat attractio, & retentio abolita, debilis, deprauata, expulſio immodica, coctio quæuis abolita & debilis. Sed hęc tardiùs eam excitat. At dyſpepſia non atrophiam adfert, ſed cacotrophiam, quæ partis ideam, id eſt, formam tranſmutat: vt in leuce & elephantiaſi, ſi color in album, aut nigrum mutetur, ob ſolidarum partium affectum, non ob affluētem humorem pituitoſum, aut melancholicum. Tunc enim non alteratricis facultatis, ſed expultricis vitium eſt, vt etiam in ictero: qui etiam interdum à deprauata alteratione venarum fieri poteſt.

Eiuſdem facultatis expultricis motus ſunt ſenſu percepti, ſingultus, de quo ſuprà in conuulſione. Ructus, vapores à ventriculo expellens. Vomitus, quod ventriculum moleſtat, per gulam excernens. Palpitatio, id eſt, diaſtole & dilatatio præter naturam pulſui ſimilis, omnium partium mollium ab aërea, vaporoſa, craſſa, multa ſubſtantia inflatarum. Quę ſymptomatis pręter naturam, vt rigor, horror, tuſsis, ſternutamentum, oſcitatio, pandiculatio annumerantur: quia natura à cauſſa pręter naturam irritatur.

Actio læſa vel abolita ſeu noxa actionum Vitalium pulſatio { Abolita / Debilis / Deprauata } De his in libris pulſuum.

Tota

www.libtool.com.cn

**Symptom. Excreta vel retenta immodicè ſeu præter naturam**

- Tota ſubſtãtia, vt hęmorrhagia, id eſt, ſãguinis fluxus è naribus, pulmone, ventriculo, aluo, hęmorrhoidibus, vel alia parte natus ex
  - Morbis
    - Organicis, apertione oſculorũ vaſis.
    - Similaribus
      - Eroſione
      - Ruptura
      - Vulnere
      - Vaſis alicuius.
  - Symptomatis aliis, vt
    - Retentricis imbecillitate
    - Expultricis immodico motu
    - Vtriuſque noxa
    - Quæ etiam fluxus muliebris ſunt cauſſę, pręter has, ſanguinis totius ſubſtãtia tenuior & ſeroſa, à
      - Sanguificæ / Secretricis / Expultricis / Retentri- : Facultatis errore.
      - Retentricis actione immodica.
      - Cutis denſitate.
      - Renibus conſtipatis.
- Si autem ſanguis tempeſtiuè, id eſt; dum moleſtat, vacuetur, ſiue per vterum, ſiue per aliam partem, nõ eſt præter naturam hæmorrhagia.
- Qualitate, vt excrementorum colores & odores præter naturam ex morbo, ſcilicet intemperie, neceſſariò orti.
- Quantitate, vt excretio vel retentio immodica
  - Sudoris, ob cutis affectum rarũ vel denſum, vel humorum ipſorum naturam, vel dictarum facultatum aliquam.
  - Vrinæ, vt in diabete, dyſuria, ſtranguria, iſchuria.
  - Stercoris, vt in lienteria, dyſenteria, voluulo, colico dolore.
  - Menſium vel ſuppreſſorum, vel largiùs fluentium.

- Viſiles, id eſt, colores p̃ternaturam in
  - Corpore toto, vt in
    - Morbo hepatico.
    - Morbo regio.
    - Morbo ſplenico.
    - Hydropis quibuſdam ſpeciebus.

Symptoma Affectus corporis.

Parte vna, vel pluribus,
- Linguæ colorem inſigniter mutante.
- Abſceſſu nigricante, vel liuente.
- Alphis & leuce, id eſt, vitiligine.
- Elephantiaſi, & aliis huiuſmodi.
- Carbone, herpete, eryſipelate, gangræna.

Audibiles
- Voces clangoſæ, turbidæ ſeu caſſæ, tremulæ, raucæ, ob morbos oris, faucium, trachææ, arteriæ, pulmonum thoracis.
- Soni, ſtrepitus, ſtridores, murmurilla in aliis animalis partibus ob inſtrumentorum anguſtiã, vel motum errabundum, aut copiam ſpiritus inflantis.

Olfactiles id eſt, graueolentia.
- Reſpirationis, id eſt, per guttur / Trãſpirationis, id eſt, per cutis poros — Aëris introitus & exitus.
- Aurium, narium, axillarum, & partium ob effectum aliquem putreſcentium.
- Ructus acidi, fumoſi, viroſi, referentis graueolentiam piſcium, aut aliam huiuſmodi.

Guſtatiles, id eſt, ſapor
- Sudoris, ſaliuam linguæ ſalſam reddentis.
- Sanguinis per os, vel alium meatum reiecti, dulcis, amari, ſalſi.
- Reiectorum ex pulmone, aut ventriculo auſterorum, acidorum, dulcium, ſalſorum, amarorum.
- Sordis aurium, quam, vt ſudores, quidam medici guſtarunt, exiſtimantes ab his quoque aliquid coniecturæ capi.

Tactiles, id eſt.
- Caliditas, Frigiditas, Humiditas, Siccitas — Et ex his 4. effectricibus natæ — Mollities, Durities, Vel alia quępiam quali taſtactilis, — Vt in cute dura, arida, intẽta, laxa, rugoſa.

Ex his ac multò magis ex ſequentibus tabulis apparet ſymptoma morbos, vt cauſſas ſequi: idque vel primò, vel interuentu alterius ſymptomatis.

# TABVLA QVARTA DE *Cauſsis ſymptomatum facultatis & functionis* animalis ſenſificæ,id eſt, viſus,auditus,olfactus,guſtus, tactus:aboliti,debilis, deprauati,dolentis.

www.libtool.com.cn

Cauſſæ ſymptomatũ Viſus. Aboliti. Debilis. Deprauati.

- Potentia videndi per neruum opticum à cerebro in oculum deſcendens læſa à morbis ſpiritus animalis,cerebri,nerui optici ſequentibus.Morbi enim ſymptomatum ſunt cauſſæ aut primò,aut interueniente alio ſymptomate:ob id ex morborum magnitudine,ſymptomatum magnitudo naſcitur, vt intemperies parua, paruam:magna,magnam functioni noxã affert: maxima, actionem abolet.Sic morbi partium organicarum proprij, & ſolutionis vnitatis magnitudo magnum affert ſymptoma.
- Inſtrumẽti vidẽdi primi.ſ.cryſtalini humoris,vt qui ſolus à coloribus alteratur.
  - Intemperies octo per ſe, aut cum affluxu materiæ,quando tumorem præter naturam excitant.
  - Conuerſio à ſua ſede ad
    - Angulum oculi magnum vel paruum, ſeu ad dextra vel ſiniſtra: túncque parua fit viſioni noxa.
    - Inferiora vel ſuperiora: tunc quicquid cernitur, duplum apparet.
    - Anteriora,poſteriora, quæ etiam toti oculo accidit ob laxitatem vel tenſionẽ nerui optici,& muſculorum tã eiuſdem, quàm oculi.
  - Solutio continui à ſecantibus,frangẽtibus, tendentibus,erodentibus.
- Spiritus animalis in oculo viſorij.
  - Impuritas, humiditas, craſsities turbida vt nebula.
  - Paucitas.Nam paucus & purus,propinquas res planè diſcernit,diſtantes non videt: paucus & humidior, etiam propinquas

res exactè non videt: multus & omninò purus & æthereus, res etiam multùm diſtantes videt, & exactè diſcernit: multus autem & craſsior ac humidior, res diſtantes videt, non exactè diſcernit.

www.libtool.com.cn

Cauſſæ ſymptomatum Viſus aboliti, debilis, deprauati.

Reliquarũ oculi partiũ viſioni vſum aliquẽ prębẽtium.

Nerui optici intemperies octo, conuerſio à ſua ſede, ſolutio continui, vt in humore cryſtallino, adhęc obſtructio & cõſtipatio.

Humoris aquei ſeu tenuis

Augmentum & diminutio, ob quam vacuato interno ſpatio, rhagoides cũ ceratoide in ſe concidens contrahitur, rugatur, & pupillam facit minorem. Túncque viſio læditur, non ob pupillę paruitatem, ſed ob humoris aquei defectum, qui humoris cryſtallini perpetuum eſſe propugnaculum debet (vt citra noxam & moleſtiam ſplendores externos ſuſtineat: in quem vſum obiecta eidem eſt rhagoides fuſca, & cęrulea, quòd iis potiſsimum coloribus oculus à ſplẽdore fatigatus recreatur) ipſiúſque eſſentiam imbuendo nõnihil iuuat. Cryſtallinus enim areſcit, ab hoc aqueo non ſatis liberaliter imbutus, & rhagoides & ceratoides in cryſtallinum incidentes, ſpatium inter ſe & cryſtallinum breuius reddunt, ob id externi aëris ſplendorem per exiguum ſpatium cryſtallino occurrere neceſſe eſt, à quo lęditur, vt qui ſolem inconniuẽtibus oculis ſpectant.

Craſsities

Maior, viſionem reddit obtuſiorem, vt remota non videat, propinqua exactè nõ cernat.

Plurima, vt in ſuffuſione oculo propria, viſionem abolet, ſi totam pupillam craſſum corpus ibi collectum obtenebrat. Si non totam, ſed relinquitur pars aliqua pura per eam res videt nihilò peius quàm antè, non multas tamẽ ſimul, ſed vnamquanque ſolam, ob viſionis conum ſeipſo anguſtiorem redditum. Si autem centrum pupillę tantùm craſſus humor occupat, viſa putãtur feneſtrata: ſi diuulſus in pupilla eſt humor craſſus, nec ſibi continuus, culices in aëre externo obuerſari putantur.

Color mutatus in nigrum, tunc per nebulam & fumum cernere ægrè videtur: vel in alium colorem, tunc viſa foris huius imaginẽ referunt. Si ſubſtantia craſſa & color mutatus, horum imago in rebus viſis apparet, vt in ſuffuſis & per morborum criſes vomituris, aut naribus ſanguinem emiſſuris.

Humoris vitrei morbi iidem, augmentum, diminutio, &c. ab hoc enim per materiæ tranſumptionẽ nutritur cryſtallinus.

Rhagoidis ſeu choroidis

- Intemperies 8. vt in cryſtallino.
- Tenſio facta
  - Ratione propria ipſius, vt
    - Similaris partis, à ſiccitate, curatu difficilis.
    - Inſtrumẽti ab humiditate redundante, & phlegmonem, aut alium tumorem pręter naturam excitante, curatu facilis à perito medico.
  - Ex accidente quopiam, dum ipſa tunica ceu veſica circũtenditur à ſubiectis humoribus inter ipſam, & cryſtallinum humorem collectis impleta.
- Solutio continui, vt vlcus, vulnus tantum, vt tenui humore per ſolutam vnitatem foràs effuſo ipſa ceratoidem attingat, quò fit, vt in cryſtallinum incidat rhagoides, & ſpiritus animalis à cerebro in pupillam deſcendere ſolitus, ad ipſam iam non perueniat, ſed per vulnus effluat, quorum alterum & magis ambo viſionem lædunt.

Diuulſum aut ruptum, quorum vtrunque viſioni parũ nocet: ſiue ſit ab vtero, ſiue poſt natiuitatẽ, modò ceratoidis pars illi obiecta perfectè luceat.

www.libtool.com.cn

- Cauſſæ ſymptomatum
  - Viſus, aboliti, debilis, deprauati
    - Reliquarum oculi partiũ viſioni viſum aliquẽ præbentium
      - Rhagoidis ſeu choroidis
        - Foramẽ pupillæ
          - Auctum ſiue in vtero, ſiue poſt natiuitatem, ſemper lædit viſionem: quia ſpiritus animalis per neruum opticum in humorem cryſtallinũ illi obiectum, ſpacium pupilla cõcluſum demiſſus, totam pupillam implere non poteſt, ſed diſsipatur & diffunditur. Quæ res ſentiendi difficultatem inducit.
          - Minutum
            - In vtero ſeu ſuapte natura acutiſsimam reddit viſionẽ, quia ſpiritus cogitur, conſtringitur, fitque dẽſior: id quod ad ſenſum facilem cõfert plurimùm.
            - Poſt natiuitatem ſeu pręter naturam, peius eſt quàm auctum poſt natiuitatẽ: quia morbos oculi prauos ſequitur, ſcilicet rhagoidis tentionem & laxitatem eiuſdẽ imbutę humoris copia, & humoris aquei defectum.
          - Plenum ſpiritu vel aqua tanta, vt cryſtallinum impediat obiecta dignoſcere. Quorum vtrũque eſſe poteſt inter rhagoidẽ, & cryſtallinum humorem, non in pupilla tantùm.
      - Ceratoidis quà pupillæ obiacet
        - Intemperies præſertim cum humore, qui tumores præter naturam facit, vt phlegmonem, &c.
        - Denſitas cũ
          - Craſsitie, aciem hebetem facit.
          - Humore partis, vel affluente, viſionem quoque hebetẽ facit, ceu cernat per tenebras, nebulam, vaporem, fumum.

Color mutatus, vt in ictero, in quo omnia pallida apparent, vt in hypoſphagmate, rubra hallucinatione ſcilicet facta pro coloris natura.

Vlcus magnum, ſorde collecta, ceratoidis dēſitate minuta. & ſi penetrat, effuſo humore aqueo.

www.lbtool.com.cn

Rugoſitas vt in vltima ſenectute, cum pupillæ magnitudine.
- Minuta, etiam ob humoris aquei defectum.
- Conſueta, fit ob ceratoidis ſolius affectum.

Cohærentis tunicæ chymoſis, & pterygium, ad corneā quoque tranſeuntes affectus per ſe pupillā obſcurant. Phlegmone autem, aut alij tumores præter naturam tunicæ huius, aut aliarum partium oculo adiacentium, vt genarum incrementum naturale, aut à tumore præter naturā tantùm, vt pupillæ caliginem inducant, per accidens viſionem impediunt.

Tunicæ amphibliſtroidis & arachnoidis, muſculorum ſex oculos ſingulos mouentium & ſuorum tendonum, & nerui in eos inſerti. & adipis & carunculæ in canthis, & cerebri (præſertim qua parte nerui oriuntur) affectus ex prædictis colligere eſt facile.

Viſus dolentis
- A proprio ſenſibili
  - Splendor diei, ſolis, fulguris
  - Color
    - Splendidus & candidus: nam diſſoluit, diſsipátque viſionem.
    - Niger, vt tenebræ: nā cogendo violentiùs extinguit viſionem, ſed eò magis ob eſſentiæ tenuitatem ſplendor illuſtris: viſionē verò ſanam, ſed fatigatam delectat cæruleus & fuſcus, viſionis eſſentiam cogens citra violentiam: à ſole ægrotantem, niger & tenebroſus.
- Ob tactū
  - Alteratio ſubita, ſeu violentus occurſus calidi, aut frigidi.
  - Solutio continui facta inciſione, fractione, tēſione, eroſione, & vehementi ac repentino occurſu proprij ſenſibilis, ſic in reliquis ſenſibilibus.

www.libtool.com.cn

- **Auditus**
  - **Aboliti, Debilis, Deprauati**
    - Potentia audiendi læſa à nerui auditorij vel cerebri (præſertim qua parte ex eo neruus auditorius oritur) morbis .i. intemperie, tumore præter naturam, ſolutione continui.
    - Inſtrumenti primi audiendi ſcilicet internæ meatus auditorij extremitatis (vbi dilatatū neruum auditorium attingit) intemperies, obſtructio à ſorde, callo, tumore præter naturam ſolutio continui.
    - Reliquarum auris partium, auditioni vſum aliquem præbentium, ſcilicet earum, quę meatus anfractui foris adſunt, intemperies, tumor præter naturam, ſolutio continui.
  - **Dolentis**
    - A proprio ſenſibili: vox aſpera, grauiſsima, maxima, celerrima, qualis ſonus eſt tonitrui, ſurditatem ſæpe afferens diuulſo audiendi inſtrumento: ſed vox leniſsima, tardiſsima, ſano auditui eſt gratiſsima: fatigato magis, ſi prætereà ſit perexigua: ægro maximè, & ea magis ipſum ſilentium.
    - Ob tactum alteratio ſubita, ſolutio continui, vt in viſione.
- **Odoratus**
  - **Aboliti, Debilis, Deprauati**
    - Potentię odorādi læſio, quā efficit intēperies calida, frigida ſpiritus ventriculorū cerebri anteriorum.
    - Inſtrumenti primi odorandi ſcilicet ventriculorum cerebri anteriorū, aut potiùs cō tinuarū cū iis propaginū ſimiliter caua-
      - Intemperies octo per ſe, aut cū humore putri: vnde fœdus odor prodiens, vapores à vicinis corporibus ad odorandi facultatem elatos interturbat & deprauat, vt in ozæna.
      - Obſtructio præſertim propaginum ipſarū ſed etiam narium ab
        - Excremētis vt in grauedine & deſtillatione, polypo, callo, tuberculo, tumore aliquo præter naturam.
        - Ambuſtione, aut refri

rum, prope oſſium ethmoideôn initium deſcentium. Reliquarum partiũ odoratui ſeruientium, id eſt, meatus & membranæ internę nariũ & oſſium ethmoideôn.

Solutio continui, vt iſignis ſectio, aut contuſio.

geratione ventres cerebri anteriores humoribus liquatis aut expreſsis replente: à quibus & meatus obſtruuntur, & ſpiritus ventriculis contentus & ambiens cerebrum intemperie ali qua afficitur.

www.libtool.com.cn

Cauſſæ ſymptomatum

Dolentis: A proprio ſenſibili, odore graui aut nimiùm vehementi, & ventriculos cerebri replente nimium vaporibus, continuum etiam diuellentibus. Delectatur autem odoratus cuiq; familiaribus. Ob tactum alteratio ſubita, & ſolutio continui.

Guſtatus

Aboliti. Debilis Deprauati: Potentia guſtandi læſa, dum neruos molles & guſtatorios tertiæ coniugationis, aut illam potiſsimum cerebri partem, vnde hi oriũtur, lædunt. Inſtrumenti guſtandi primi ſcilicet tunicæ linguam ambientis, factæ ex neruo guſtatorio tertiæ coniugationis dilatato. Reliquarum oris partium guſtatui ſeruientium, id eſt ſimilaris linguæ corporis & palati

Intemperies. Tumores præter naturã. Solutio cõtinui.

Dolentis: A proprio ſenſibili, ſapor aſtringens, acidus, amarus, acer: ſoluunt enim continuum, grati autem ſunt pinguis, & dulcis: quia ſunt corporis eſſentiæ magis familiares, & pinguis exaſperatam guſtationem lenit. Delectant ægrotantem contrarij ſucci iis qui morbum excitarunt. Ob tactum, alteratio ſubita, & ſolutio continui, vt priùs.

www.libtool.com.cn

- Tactus
  - Nõ exquiſiti in omnibus corporis partibus ſentiẽtibus.
    - Debilis
      - Cũ motu debili, id eſt, ſtuporis in toto corpore præſertim in cœlis, id eſt, artubus
        - Refrigeratio ab intemperie, vel medicamentis frigidis, & conſtrictio.
        - Durities & craſsities immodica ob
          - Nutrimentum multũ, craſſũ, lentum.
          - Frigus violentũ & cõſtringens.
          - Vitæ ignauiam.
          - Solitæ excretionis ſuppreſsionem.
        - Compreſsio ab aliquo corpore duro neruis appreſſo foris, vt laqueo, ſeſsione, innixu, manibus conſtringentibus, vicinæ partis phlegmone, ſcirrho, oſſe fracto, vel luxato.
        - Contactus torpedinis piſcis marini.
        - Obſtructio, ſi neruus meatum habet manifeſtum, vt opticus. Ob quas cauſſas animalis facultas à cerebro in neruos tranſmitti ſolita, per illos penetrare nequit conſtrictos, craſſos, preſſos, obſtructos, vt ſolis radij per aërem tenebroſum, caliginoſum, fumidum, & per aquam cœnoſam, aut limoſam, ſplendorem ſyncerũ tranſmittere nequeunt. Eædem cauſſæ ſi maiores fuerint, pro ſtupore paralyſin, id eſt, ſenſus & motus abolitionem excitant. Vtriuſque enim cauſſa continens eſt nerui affectus ex harum cauſſarum aliqua natus, animalem facultatem illi à cerebro mitti impediens.
      - Per ſe, & ſolius in ore & dentibus, id eſt, hæmodiæ (quę ſtuporis eſt ſpecies) cibi acidi, vel acerbi, vel auſteri.
    - Aboliti.
    - Dolentis.
  - Exquiſitiſsi-

Nō exquiſiti in omnibus corporis partibus ſētiētibus

Aboliti cũ motu.i. paralyſeos lęſis

Omnibus neruis,vel etiam cerebro,mortem affert citiſsimam hæc apoplexia ob reſpirationem prohibitam. Omnes enim partes ſenſu & motu priuantur.

www.libtool.com.cn

Spinalis medullæ

Initio,ſolæ partes capitis dum viuet,ſentiũt,& moueri poſſunt. Viuunt autem hi,vt priores,quãdiu qui præfocati,ſtrangulãtur.

Vertebra

Quarta,aboletur vox.

Quinta, manus ſenſu & motu omninò priuantur.

Sexta, non omninò ſenſu, ſed motu priuantur:ſed primæ brachij partes illęſæ ſeruantur.

Septima,multo magis illęſę ſeruantur.

Octaua perquam exiguam noxam manus ſentiunt: ſed maximam thorax & partes reliquæ inferiores. Quantò enim vertebra affecta fuerit inferior, tantò pauciores partes ſenſu & motu priuantur,hæ ſcilicet ſolæ quæ neruos à ſpinali medulla affectæ ipſius parti ſuccedente accipiunt.

Dolentis

Alteratio ſubita,id eſt, violentus calidi frigidíque ſubſtantiam diuellentis occurſus. Nam humiditas & ſiccitas niſi calori frigoríve iungantur, occurſu ſuo vim inferre non conſueuerunt.

Solutio continui.i.ſectio,ruptio, tenſio,roſio.Hæ autem cauſſę dum fiunt,& partem tactu præditam mutant, dolorem excitant,non autem dum ſunt factæ, niſi per accidens. Vt ſi acres humores corpus vlceratum mordent, vt phlegmone ſuperueniens partem intendit, & ob id dolet, aut calor eſt immodicus. Delectant verò eum contraria,quę per ſe,ipſum ad natu-

- ralem habitum affatim reducant.
- Qualis voluptas præcipua in genitiuis partibus fœminæ & maris.

www.libtool.com.cn

**Cauſſæ ſymptomatum Tactus**

- **Exquiſitiſsimi in ſtomacho.i. ore ventriculi**
  - **Excitatorum per conſenſum cum**
    - Corde per arterias, ſcilicet, ſyncopes cardiacæ, pulſus aboliti, parui, deprauati.
    - Cerebro per neruos ſcilicet epilepſiæ, grauis ſoporis, veterni, catalepſis, delirij, melancholię.
    - Vtroque principio, ſcilicet, apnœę & dyſpnœæ, quę etiam ob diaphragmatis conſtrictionem & alias cauſas fit.
      - Frigus validū per ſe aut cū pituita frigidiſsima, qualis eſt vitrea.
      - Spiritus frigid⁹ inflare potens.
      - Cibus, potus, medicamentum frigidiſ.
        - Os vētriculi refrigerātia, & cerebrū p neruos, & cor per arteriam magnā, præſertim vbi vehemēs eſt affectus os vētriculi ſenſu abſolutiſsimo præditū infeſtans: & cerebrū, nerui, cor arteriæ ſunt imbecilla vel natura, vel ob pathos aliquod.
  - **propriorū ſcilicet animalis appetētię cibi, & potus ſeu famis & ſitis**
    - **Debilis**
      - **Abolitæ**
        - Corpus non inanitum per fluorem ſubſtantię.
        - Suctio ſtomachi nō facta.
        - Senſus ſuctionis in ſtomacho nō fact⁹.
      - Cùm três affectiones prædictæ paruæ ſunt nondum tamen abolitę.
    - **Immodicæ cibi & potus cupiditatis,**
      - Acidi & frigidi humoris vitium mordicus ſtomachum infeſtans, vacuans, cogens tunicas eius, & conſtringēs & roſionē ei inducens, quæ ſuctioni ei (à qua appetentia ſecundum naturam fit) proportione reſpōdet, ſed hæc appetentia cibi magis eſt quàm potus, eíque, multa aſſumptorum deiectio ſuccedit.
      - Salſi & bilioſi humoris vi-

www.libtool.com.cn

Deprauatæ.i.

- ſeu famis caninæ & ſitis inexpletę
  - tium ſtomachum mordicans, calfaciens, diſſoluens, ſiccans, qui potus magis quàm cibi appetentiam excitat, vt etiam dum natiua ventriculi humiditas in eo velut feruet, vel dum vipera præſertim Dipſas deuorata eſt, aut vinum potum in quo hæc ſit extincta, vel ebrietas ex vino veteri, vel marinę aquę potio, vel decreta & obſtinata ſitis, vel febris ardens.
  - Totius corporis immodica diſsipatio ob caloris vim vel retentricis imbecillitatem, aſsiduam exigens nutritionem.
  - Ob id multam in corpus facit diſtributionem, paucam deiectionem, cibi & potus appetentiam excitat. bulimos autē.i. vehemens fames fit, cùm ſtomachus penuria, imbecillitate, refrigeratione infeſtatur.
- Prauas qualitates cibi & potus appetentis, &c.
- Prauas qualitates cibi & potus appetentis, vt acida, acerba, acria, cimoliam terrā, teſtas, carbones extinctos, & alia abſurda pro vitioſi humoris in ipſis vincentis ratione.
  - Prauum aliquod excrementum & vitioſi humores vētriculi tunicas imbuentes, vt in citta, id eſt, pica ſeu malacia viris interdum accidente affectu, ſed mulieribus vtero gerentibus frequentiſsimè ad ſecundum, aut tertium vſque menſem. Nam menſe quarto humores ij vincuntur, coquuntur, à fœtu iā grandi abſumuntur, à quibus fere fit cacochymus & intemperatus.

Cauſſæ ſymptomatum Primi & cōmunis ſenſus, ſcilicet.

- Vigiliæ
  - Siccitas & calor immodicus.
  - Mœror, ſolicitudo, dolor.
- Veterni, frigida omnia magis quàm humida.

# TABVLA QVINTA DE CAVSſis ſymptomatum facultatis Actionis animalis, motricis & principis.

- **Cauſſæ ſymptomatum facultatis, vel actionis animalis motricis Motus voluntarij**
  - Aboliti. i.
    - Paralyſeos, dictæ priùs in ſtupore tactus, ſed vehementiores aut plures, aut in corpore ad patiendum promptiori.
    - Apoplexiæ, copia pituitæ in vētriculis cerebri.
  - Debilis, id eſt,
    - Stuporis, eædem quæ in ſtupore tactus.
    - Dyſpnœæ, in libris de dyſpnœa.
  - Conuulſionis
    - Inanitio ſeu ſiccitas immodica, vt in ardentiſsimis febribus & fidibus muſicis aëre ſicciori.
    - Repletio ſeu humor immodicus neruoſa corpora nimis extendens, vt in phlegmone & fidibus muſicis aëre pluuio.
  - Tremoris
    - Facultatis motricis imbecillitas ex intēperie frigida.
      - Corporis vniuerſi à / Originis neruorū à / Aliarum, partiū natura imbecillorū & noxæ opportuniorum à
        - Senectute frigida, ſicca, venere.
          - Immodica.
          - Intempeſtiua.
        - Timore, dolore magno.
        - Frigido aëre, balneo.
        - Potu largiore vini etiam meraci longo.
        - Potu intempeſtiuo & immodico frigidæ aquæ.
        - Ignauia & diu omiſſa exercitatione poſt multos cibos.
    - Obſtructio neruorum à ſuccis multis, craſsis, lentis, ita vt exigua facultas motrix in partem affluat, niſi dum confertim irruens, illos excuſſerit.
  - Calidæ & rodentes
    - Aëreæ, refrigeratione ſola hic rigor curatur, non ſudore, vomitu, deiectione.
    - Humidæ aſpectu, vt bilis flauæ in tertiana exquiſita & ardente febre, vacuatione curatur.

www.libtool.com.cn

- Deprauati
  - Rigoris
    - Cum febre
      - Frigidę
        - Aëreæ, calfactione ſola curatur.
        - Humidæ, vt atra bilis natura frigida putredine calfacta, rigorem quartanæ gignit. Hic coctione, vel vacuatione, vel ambabus curatur. Humor verò & ſpiritus ſine humore calidiſsimus, aut frigidiſsimus per corpus tráſiens, horrorem, nonnunquam rigorē excitat.
    - Sine febre
      - Aëris frigidi vel aquæ frigidæ repentinus vel diuturnus occurſus, hanc ſanat calfactio.
      - Aquæ feruentis balneum corpori non præcalfacto repente & confertim occurrens.
      - Aquæ dulcis & temperatæ balneum frequēs poſt cibum.
      - Ignauia & otium.
      - Repletio frequens cibi & potus præſertim frigidi temperatura & ſuapte natura pituitam gignentis. Hic multo calore vix vincitur
      - Timor & dolor, interdum & medicamentū mordax vlceri impoſitum.

Sed hic rigor ex praua victus ratione natus, ob imbecillitatem horror potiùs quàm rigor eſt.

Nam rigor à ſuccis frigidis & pituitoſis nunquam excitari videtur, vtpote ob craſsitiem vehementer moueri nō potentibus, nec adeò tenuari vt bilis. Talis autem rigor veteribus fuit ignotus, vt qui cum febre eſt notiſsimus, vtpote à ſalubri victus ratione minùs quàm nunc aberrantibus, & minùs crebrò ſe lauantibus.

Horroris, cauſſæ rigoris, ſed mitiores, pauciores, quieſcentes, ac minùs motæ: adhęc laſsitudo vlceroſa, cùm maior eſt etiam ante motum excrementi. Poſt motum præſertim, validiorem, multò magis, ita vt iam pro horrore ſit rigor.

www.libtool.com.cn

**Deprauati**

- Excrementi enim ſeu calidiſſimi, ſeu frigidiſsimi
  - Qualitas praua & mordax magis & minùs
  - Quantitas multa, vel pauca.
  - Motꝰ velox, tardus validus, lãguidus per ſentientes corporis partes nõ per vaſa
    - Corpore, vt in exercitatione
    - Animo, vt in ira.
    - Sole, balneo
    - Seipſo calfacto, tenuato, in ſpiritum verſo
    - In corpore
      - Robuſto, & vix patiente aut imbecillo
      - Facilè ſentiente, vel obtuſè
  - Quies
  - **Excitat**
    - Pruritum
    - Vlceroſũ ſenſum
    - Inæqualitatem
    - Horrorẽ
    - Rigorem
    - Febrem
- Nam excrementum id mordax, erodẽs, nitroſum, ſalſum, amarum in cute, vel ſubdita illi carne
  - Paucum, tenue, immotum in pruritu & laſſitudine vlceroſa & inæqualitate.
  - Paucum, tenue, parùm motum in horrore.
  - Multum, craſſum, immotum, in lepra & pſora, nonnunquam & lentum, ſed ſemper infixum & impactum in cute, vt nihil iuuentur etiam ſi vehementiſsimè ſcalpendo cutim ſibi homo detraxerit. In his enim pruritus vehementiùs & crebriùs vrget: moderatiùs aut rariùs is qui oritur ex iis excrementis paucis & tenuibus & quieſcentibus, ortis ex neglecto balneo, vel ſordium ad cutim copia, vel cruditate multa, vel cibis praui ſucci.
  - Copioſum, vel mordaciſsimum, vel motũ vehementiùs, vel tria hæc ſimul in rigore maximo, minimo, medio: prout cauſſæ magis, vel minùs erodunt, abundant, mouentur: adhæc motus facultatis expultricis validus & violentus in tuſsi, ſternutamento, ſingultu, pandiculatione, oſcitatione, rigore: moderatior in horrore, & multò magis in æqualitate, vt ferè non motus, ſed ſenſus tãtùm qualis in vlceroſa laſsitudine, vel pruritu vtoque.

Excre-

- **Tuſsis**
  - **Vehemẽtis**
    - Excrementa craſſa,tenuia , lenta,aquoſa, quorum contraria facilè expuuntur,calida,frigida,mordacia, non mordacia, aſperam arteriam obſtruentia.
    - Rodentia in ipſis collecta,vt in peripneumonia,tabe,pleuritide, à capite deſluentia,vt in catharrho.
    - Aliquid cibi aut potus decerrans in aſperã arteriam.
    - Affectus quidam præter naturam partium reſpirationi ſeruientiũ,aut cum iis motarum , vt phlegmone diaphragmatis, gibbæ hepatis,lienis,ſtomachi.
  - **Exiguæ**
    - Prædictæ cauſſę,ſed pauciores,aut minores.
    - Intemperies frigida , inæqualis partium reſpirationi ſeruientium,per quam nihil tuſsiendo expuitur, & tuſsis tam exigua eſt , vt ſpiritus cohibitione ſupprimi, atq; adeò curari poſsit(niſi admodum magna ſit) aucto per eam cohibitionem in reſpirationis organis calore , & ſpiritu cohibito in omnes arctos meatus penetrãte,à quibus duobus intemperies tollitur.

      Tuſsis itẽ hæc ſcreatui ſimilis eſt . Nã muſculi thoracis cõcutiuntur,vt ea quę carnibus ſuis moleſta ſunt,in pulmonũ arterias expellant,& ad horroris rigoríſque genus pertinere videtur, niſi ꝙ hæc citiùs ſentitur , ob motum inſtrumentorum thoracis perpetuum.

Sternutamenti,excrementorum mordax, nares reſpirationis etiam meatus, ventriculos anteriores cerebri& continua his olfactus inſtrumenta & oſſa ethmoidea, id eſt, colàtoria obſtruens.

Quæ vt expellat ac expurget cerebrũ motu vtroque expirationis vtitur , al-



www.libtool.com.cn

tero quē per ſe facit,per oſſa ethmoidea:altero,per nares neruis ceu manibus prælongis in thoracē demiſsis vtens, & ſpiritum vnico impetu ex pulmone & capite vehemēter emittens. Ob id capiti oppleto vaporibus ſternutamentum conducit plurimùm, niſi ob deſtillationem euenerit. Sternutamentum interdum eſt remedium per accidens humorum in pulmone reſidentium,& ſingultus ob violentum ſcilicet motum muſculorum epigaſtrij cauſſam ſingultus expellentis, vt expiratio violentior pulmonum imbecillitati ſuccurrit.

Oſcitationis, humiditas flatuoſa, vel ſpiritus vaporoſus in muſculis maxillam inferiorem aperientibus.

Pandiculationes,ſenſus euaporantium à carnibus per poros excrementorũ vaporoſorum. Ob id à ſomno experrectis maximè accidit, quia vaporoſa excrementa in carne ſentiunt ex cibi ingeſti coctione prodeuntia,& nondum à facultate excreta. Accidit etiam ſpontaneæ laſsitudini, vlceroſæ,& tenſiuæ,cùm exiguæ ſunt,aut natę ab excremētis flatulentis & vaporoſis:per phlegmonoſam verò & vlceroſam,dum maior eſt,nemo tentat pandiculari,aut aliter moueri.hanc præcedit inæqualitas quædam, interdũ corporis totius, & ſenſus quidam rei à natura alienæ velut intimo corpori interſperſæ, ſub calidæ ac erodentis, vel etiam omnes carnes ſenſim diſtendentis.

Motus facultatis expultricis ſenſu percepti, cum voluntario communicantis, à cauſſa prę ter naturā excitati

- Palpitationis, aërea ac vaporoſa quædam ſubſtãtia craſſa & multa pro captu partis in qua fit,ex imbecillo refrigeratæ partis calore nata.
- Singultus, ſtomachum moleſtantia, id eſt,
  - Ciborum copia ipſum grauans.
  - Ciborum corruptela ipſum mordicùs infeſtans,
  - Humor acer, aut acrium aliorũ, vt piperis immodica quantitas ſumpta: præſertim quibus ſenſus ſtomachi facilis eſt.
- Vomitus
  - Cibus multus aut corruptus,aut pinguis,aut ingratus ſumenti.
  - Medicamenta,vt helleborus albus,agaricus bulbus,vomitorius.
  - Humor bilioſus,pituitoſus.

www.libtool.com.cn

Ructus
- Acidi, intemperies frigida per ſe, aut cum humore.
- Fumidi, intemperies calida per ſe, aut cum humore.

www.libtool.com.cn

Ex his conuulſio & palpitatio morbi ſolius ſunt opera, nihil ad illorum generationem conferente natura.

Rigor, horror, ſenſus vlceris, pruritus, tuſsis, ſternutamentum, oſcitatio, pādiculatio, ſingultus, vomitus, ructus, opera ſunt ſolius naturæ, id eſt, omnis facultatis corpus regentis coactæ à cauſſa aliqua morbifera. Ob id ſymptomatis præter naturam annumerantur, quia cauſſę prętcr naturam, cogunt naturam ad huiuſmodi motus.

Cauſſæ ſymptomatum facultatis, vel actionis animalis principis
- Imaginationis
- Cogitationis
- Memoriæ



- Abolitæ. i. ſtultitiæ / Abolitæ. i. obliuionis
  - Succus frigid⁹ & pituitoſus in cerebro collectus, & ipſius corpus refrigerans.
  - Morbi in abſceſſum declinātes.
  - Peſtilentia.
  - Senectus & alia frigida, vt medicamenta frigida, vel ſumpta, vel capiti admota.
- Debilis. i. velut torporis cauſſæ priores refrigerantes, ſed minores.
- Deprauatæ. i. delirij
  - Praui ī cerebro ſucci
    - Calidi & mordaces vt⁹ bilis flaua, quę ſi
      - In cerebro abundet, deliriū tātum facit.
      - Phlegmonē vel in cerebro, vel ei⁹ meningibus cui febris acceſſerit excitet, phrenitis dicitur, calidiorem cerebri intēperiē interdū ſequens.

- Frigidi, vt melancholici, mania ſeu melancholica dementia dicitur, cui comes eſt timor & mœror ſine cauſſa manifeſta.
- Cerebri intemperies calidior.
- Mordax & calidus vapor ad cerebrum ſublatus, vt in vigore acutiſsimarum febrium.

www.libtool.com.cn

# TABVLA SEXTA DE CAVSſis *ſymptomatum reliquorum.*

Cauſſæ ſymptomatum Actionum naturalium.

- Attractionis
  - Abolitæ.i.paralyſeos gulę, extrema facultatis imbecillitas ex morbo ſimilari, aut inſtrumentali, vt obſtructione gulæ totius, à tuberculo carneo ipſi innato.
  - Debilis ceu cœptæ paralyſeos, nondum perfectæ, imbecillitas minor & obſtructio partis gulæ.
  - Deprauatæ, vt cùm ventriculus præter naturam ex infernis attrahit etiam interdum clyſteres, vomitu poſteà reiiciendos, vel potiùs aſcendunt impulſi ſurſum violenter, & à compreſsione inteſtinorum, vt ſtercus per lethales voluulos, & flatus, & humor acer exitu per anū ꝓhibitus, ad ventriculū & caput ſurſum recurrit.
- Huc reducitur anadoſis.i.diſtributio alimenti ex ventriculo in hepar, ac inde in ſingulas corporis partes, abolita, debilis, deprauata ob
  - Facultatis tractricis imbecillitatem ex intemperie partium alimentum ſibi familiare trahentium.
  - Inſtrumentorum morbos alimēti meatus anguſtantium.
  - Alimenti digerendi prauitatem, id eſt, craſsitien & lentorem.
- Retentionis
  - Abolitę, imbecillitas facultatis extrema ex morbo ſimilari, aut inſtrumentali.
  - Debilis
    - Flatus ex alimentis flatulentis, aut ventriculi frigore modico.
    - Fluctuatio, cùm nihil in ventriculo continetur quod in flatum verti poſsit, aut ipſe ventriculus vehementer eſt refrigeratus, ob id ipſa nullum vaporē excitare ſolet, nō tamē fit ſine potione ĩ vētriculo.

Alterationis

Deprauatæ, id eſt, cùm ventriculus amplectendo cibos, tremit, palpitat, concutitur, conuellitur, quorum cauſſæ ſunt dictæ tabula ſuperiore.

Abolitæ. i. apepſiæ ſeu cruditatis, p quã cibus ne minimum quidẽ mutatur, nec corrumpitur. — Vẽtriculus planè vict⁹, nec coctionem omnino aggrediens à — Copia immodica, quam facultatis imbecillitas ferre nequit. Vehementi frigore.

Debilis. i. bradypepſię ſeu tardę coctionis — Facultatis alteratricis aberratio à ſcopo, quę cauſſa horũ triũ eſt cõmunis — Facultate coctrice ventriculi læſa & imbecilla extremè, in lyẽteriam & tympaniã vertitur. Ab externo errore, vt facilè corrigitur.

Deprauatæ. i. dyſpepſię, ſeu corruptelę cibi in ructum

- Nidoroſũ
  - Calidi & bilioſi cibi.
  - Excrementũ bilioſũ & calidũ.
  - Morbi ventriculi calidi.
- Acidum
  - Frigidi & pituitoſi natura cibi
  - Excremẽtũ pituitoſum frigidũ.
  - Morbi ventriculi frigidi.

Facultate coctrice ventriculi læſa, &c.

- In ſua ipſius eſſentia per intemperiem aliquam qualitatum agentium, id eſt, calidæ, frigidæ. Humida autem intemperies ventriculi poſt hydropen, ſicca poſt ſenectutem aut tabem, in multo tempore tantùm coctionem abolent.
- Per morbũ aliquẽ ventriculi inſtrumentalem
  - Simplicem, vt eryſipelas, phlegmonem, ſcirrhum, abſceſſum.
  - Compoſitum, vt intemperiem cũ tumore, & eryſipelas phlegmonodes.

Ab externo errore, &c.

- Ventriculi excremento inutili.
- Cibi & potus
  - Quantitate immodica.
  - Qualitate praua.
  - Intẽpeſtiua ſũptione, vt ante exercitationẽ vel deſcenſũ heſterni cibi.
  - Ordine pposteſtero, vt ſi prima ſumãtur, auſtera, poſtrema aluũ ducẽtia.
- Somno breui
- Studiisq̃ corporis ſeruitio gerim⁹.

Eadem intellige in reliquis aliarum partium alterationis ſpeciebus, vt ſanguificatione, nutritione.

www.fbtool.com.cn

**Cauſſæ ſymptomatum Actionum naturalium**

- **Nutritionis**
  - Abolitæ, alteratricis facultatis imbecillitas maxima.
  - Debilis & à perfecta aſsimilatione deficientis
    - Alteratricis facultatis imbecillitas.
    - Materiæ & alimenti in corpore defectus, cibo nullo, pauco, multo, ſumpto.
    - } Vnde *
  - *Vnde naſcitur atrophia & ex
    - Attractricis imbecillitate, quæ ſi robuſta eſt & alteratrix imbecilla, corpus excrementis variis redundat, vt oſtendit œdema, inflatio, anaſarca.
    - Expultricis motu immodico ob
      - Retẽtricem facultatem grauatã.
      - Excrementorum
        - Quantitatem.
        - Qualitatem acrem.
      - Propriam eius imbecillitatẽ, per quam redundans & vtile excernitur, vt in lienteria, dyſenteria, cholera.
  - Deprauatæ, prauitas alimẽti ex quo fit ſanguis
    - Pituitoſus, carnem in album (qualis eſt oſtreorum) tranſformans in toto corpore, in leuce, id eſt, vitiligine maximo alteratricis errore, vel in ſola corporis ſuperficie velut ſquamas inſpergens in alphis albis.
    - Bilioſus.
    - Melancholicus, carnem in nigrã tãdem transformãs
      - In toto corpore, in elephante.
      - In ſola corporis ſuperficie, in alphis nigris.
    - Calidus, frigidus, humidꝰ, ſiccus: à quo parui errores in carne calida, frigida, humida, ſicca.
- 
  - Abolitæ, facultatis partium excrementa expellentis imbecillitas ſumma ex intemperie aliqua inſigniore.
  - Debilis viarum, per quas excrementa bilioſa, melancholica, ſeroſa, &c. trahuntur vel expellũtur anguſtia ex
    - Obſtructione ab humoribus craſsis, lentis, multis, vel tuberculo innato.
    - Cõpreſsione à tumoribꝰ pręter naturã, qui ex humorum in partiũ corpora affluxu fiunt.

www.libtool.com.cn

- **Expulſionis**
  - Deprauatæ, excrementi malitia
    - Craſsities.
    - Lentor.
    - Multitudo
    - ex
      - Alteratricis læſione ob partiũ intẽperiẽ
        - Calidiorẽ, quæ bilioſum vel melancholicum excremẽtum facit.
        - Frigidiorem, quæ pituitam & excrementum, aquoſum parit.
      - Alimenti prauitate, &c.]†

- †Alimenti prauitate ſuapte natura gignẽtis — Effuſa, parit.
  - Bilẽ, quæ
    - Herpetẽ, eryſipelas, in partem tantũ
    - Icterum, in corpus vniuerſum
  - Melancholiam, quæ
    - Cancrum, in partem tantùm
    - Elephantem, in corpus vniuerſum
  - Pituitam, quæ
    - OEdema, in partem tantùm
    - Leucophlegmatiam hydropis ſpeciem in corpus totum
  - Aquoſa & ſeroſa quæ
    - Phlyctænas in partem tantùm
    - Aſcitem, in corpus totum

- Hemorrhagiæ .i. fluoris ſanguinis quauis ex parte
  - Facultas expultrix ora vaſorũ præſertim imbecillium, mollium, tenuium, aperiens vt excernat ſanguinem impetu ad os ruentem & moleſtum quantitate, vel qualitate acri, vt in fluxu ſanguinis per nares,
  - Sanguinis
    - Cacochymus & vitioſus adeò, vt vaſa, quibus continetur, erodat, aut qualitate acri ora eorum aperiat.
    - Tenuior per rarefactas tunicas, aut ora paruorum vaſorum diapedeſi tranſcolatus.
    - Auctus adeò, vt vaſis contineri nequeat, ſed ora eorum aperiat: vaſa tamen rũpere non poteſt.
  - Vas diuiſum
    - Inciſione à vulnerantibus.
    - Ruptione / Cõtuſione
      - Ab ictu, caſu ab alto, ſaltu, clamore magno & acuto, vocalium inſtrumentorũ vaſa per tenſionem nimiam rumpente.
    - Eroſione à ſuccis acribus, igni, medicamentis cauſticis.

Quæ omnia venis præcipuè imbecillis,tenuibus,mollibus aut duris vel natura,vel inedia, humiditate,ſiccitate præſertim accidunt à cauſsis internis , vel externis.

www.libtool.com.cn

**Cauſſæ ſymptomatum Excretionis vel retentionis immodicæ**

- **vomitꝰ**
  - Quantitas cibi & potus ventriculum grauans.
  - Qualitas mordacis rei, vt
    - Cibi per cruditates ingeſti, & ructum acidum,nidorem, amarorem, acrimoniã referentis.
    - Excrementorum bilioſorum,pituitoſorũ, ſeroſorum in ventriculo natorum, vel ex corpore in eum deriuatorum.
  - Nec grauia,nec mordacia, ſed in ventriculo contẽta præter naturã, id eſt, quæ cocta nutrire non poſſunt.
    - Pituita acida,ſalſa,interdum dulcis ; in ventriculo conſiſtens.
    - Sanguis in ventriculum effuſus.
- **Citæ ſeu ſolitum tẽpus præuenientis**
  - Aſſumptorum copia ſupra ventriculi vires,aut capacitatem,vel vtramque, eum grauans & ad excretionem irritans.
  - Punctio ventriculi & inteſtinorum à re mordente, & facultatem ad expulſionem irritante.
  - Alimenta humidiora,viſcoſiora,grauiora,pręſertim ſequente leui ambulatione. Nam vehemens alimenti in corpus diſtributionem facit.
- **Tardæ**
  - Inteſtinorum
    - Imbecilla expultrix,&muſculorum octo epigaſtrij, præſertim duris excrementis.
    - Senſus obtuſior,& moleſta non ſentiens, ob id non expellens.
  - Alimenti
    - Quantitas pauca: ex qua paucũ excrementum,ob id parũ grauans.
    - Qualitas ſicca,acerba,craſſa , quæ lẽto inceſſu ꝑ inteſtina mouet̃.
- **Paucæ**
  - Cibus paucus & parum excrementoſus.
  - Vehemens anadoſis, id eſt , diſtributio alimenti in corpus,per quam excrementa reddũtur ſicciora & pauciora, quàm pro cibi quantitate.

www.libtool.com.cn

- **Deiectionis**
  - **Multæ**
    - Otium pro exercitatione.
    - Cibus multus, præſertim excrementoſus.
    - Imbecilla aut abolita anadoſis.
    - Excremẽta à ſupernis partibus in ventrẽ affluẽtia ob earum
      - Expultricis facultatis robur: tũc deiectio nõ ſolùm multa fit ſed humidior.
      - Retentricis facultatis imbecillitatem.
  - **Aſsiduę**
    - Imbecillitas retentricis ventriculi & inteſtinorum ab intemperie.
    - Senſus vehemens ventriculi & inteſtinorum à natura, vel vlcere.
    - Roſio ventriculi & inteſtinorũ à contentis in eo acribus & mordacibus
      - Medicamẽtis per ſe aut cũ cibo ſumptis.
      - Alimentis in ventriculo corruptis.
      - Excrementis à corpore in ipſũ defluẽtibus, vel in eo genitis.
    - Reſolutio muſculorum ſedis: tunc deiectiones fiunt etiam inuitæ, intempeſtiuæ, inordinatę.
  - **Raræ** — Cibi pauci, parum excrementoſi, ſicci, ſiccius inſtrumentum, vehemens anadoſis.
  - **Crebræ** — Retentrix imbecilla, humida intemperies.

- Vtilis per certos quoſdam circuitus manantis, quantitas eius ob membrum mutilatum, vel omiſſam exercitationem conſuetam, grauans vaſa & hepar. Hic tamen ſanguis ſæpiùs in hepate poſt delectationem, & fructum ſufficientem ipſi traditum, moratus, nec potens in corpus digeri ob eius plenitudinem aſſatur, & in bilem vtramque tranſit, ob id mordicat & nigredinem habet ſplendentem, & dyſenteriam facit: qualiter deiectio humida coctorum imperfectè in ventriculo, ſed diſtribui prohibitorum.
- Inutilis, qualitas acris: qualis ſæpe in morbis acutis criticè expellitur, & interdum iis quibus habitus liqueſcit.

www.libtool.com.cn

**Cauſſæ ſymptomatum Excretionis vel retentionis immodicæ.**

- **Deiectionis cruentæ ſeu ſanguinis**
  - Medij inter vtilem & inutilẽ, ſeu aquoſi & ſimilis loturę carnium cruentarum recentium
    - Imbecillitas hepatis etiã ſine phlegmone, chylum per meſaraicas venas attractum non potentis percoquere, ſed ſemicoctum per eaſdem ad inteſtina remittẽtis, que hepatica affectio dicitur: qualis eſt vomitus ſemicoctorum ciborum priùs appetitorum.
  - Vel ſynceri, vel grumoſi, interdum cũ aliquo pure, & ramentis ac membranis inteſtinorum, vel ſtercore cõſtãte guttis cruentis reſperſo
    - Vlcus inteſtinorũ. In hac paulatim & ſæpe deiicitur, in pręcedẽtibus tribus multũ & affatim: hæc ſola quibuſdam dyſenteria dicẽda videtur, vti & teneſmus ob vlcus inteſtini recti natus, ſymptomatis omnibus dyſenteriæ ſimilis, ſed eam vincens vehementi deſidendi conatu.
- **Flatus ventris**
  - Humor pituitoſus in eo contentus
  - Cibus, præſertim natura flatulẽtus.
    - Cętera de flatibus lege in Galeno.
- **Vrinæ redditionis**
  - Suppreſſæ ſeu abolitę .i. iſchurię, morbi veſicæ
    - Imbecillitas veſicę nõ potentis vrinã per contractionem foras excernere, nata ex
      - Intemperie.
      - Morbo organico.
      - Solutione continui.
      - Neglecta meiẽdi occaſione, velut euerſa expultrice ob copiam vrinæ immodicam.
    - Anguſtia & cõniuentia ſtomachi ipſiꝰ, ſeu meatus vrinarij, & colli veſicæ
      - Clauſi ob
        - Tumorem pręter naturam, vt phlegmoné meatum ſua mole opprimentem, ſcirrhum, &c.
        - Multam ſiccitatem à febribus ardẽtiſsimis & ſicciſsimis.
      - Obſtructi à grumo, pure craſſo, lapide, topho, tuberculo meatui innato.

Ad hanc iſchuriam reducas licet ſymptoma id, cùm nihil penitùs vrinæ in veſicam fluit, abolita renum actione, quãquam verè nõ ſit iſchuria, vt in qua veſica ſit plena, in hoc affectu vacua. Debilis, cauſſæ prædictæ, ſed minores.

www.libtool.com.cn

Deprauatæ. i.
- Strãguriæ
  - Veſicæ imbecillitas, aut vlcus.
  - Lotij acrimonia.
- Diabetæ in ſeroſam ſaniem Colliquato & reſoluto
  - Corpore vniuerſo.
  - Succo ſeu ſãguine in venis contento. Hoc ſerum renes præſertim ſani attrahunt, veſicæque tranſmittunt. Si renes inualidi ſunt ad trahendum id ſerum, venæ id in ventrem tranſmittunt, aut in ſudorem tranſmutatur, aut toti corpori traditum hydropem de repente gignit.

Sudoris
- Multi
  - Corporis raritas.
  - Excrementi tenuitas & copia.
  - Vires robuſtæ, vt in ſudoribus criticis corpus purgantibus, vt qui modicam exercitationem, balneum, æſtiuum calorem ſequuntur, per immodicam autem exercitationem aliquid vtilis humoris effluit.
  - Reſolutus corporis habitus, & diſſoluta natura ſeu retentricis imbecillitas in ſyncope colliquationem prædictam ſequente.
- Suppreſſi
  - Excrementum paucum, lentum, craſſum.
  - Conſtipatio meatuum ab eos
    - Obturantibus ſuccis multis, craſsis, lentis.
    - Claudentibus, atrophia, refrigeratione, mollitie.
  - Facultatis in carne expultricis imbecillitas.

Excrementorum expulſionem adiuuant partium ipſa continentium difficilis tolerantia, & moleſtans, contrà facilis.

- Suppreſſorum ſeu abolitorum
  - Vteri corpus ſolidũ, aut durũ, aut dẽſum, aut intẽperatũ, vel ab ortu, vel poſt natiuitatẽ.
  - Vitioſa vaſorum anguſtia ab ortu mulieris, hac parte malè conformata.
  - Vaſorum compreſsio & conſtipatio à vicinis corporibus, vel vbi craſsius corpus euaſit, citra morbum tamen.

# TABVLA

www.libtool.com.cn

- Menſiũ
  - Sanguis menſtruus craſsitie, lentore, copia ora vaſorum in vtero obſtruens.
  - Paucitas eiuſdem ob exercitationem multam & victum tenuem, & humorum momentum ad partes alias.
  - Diminutorũ ſeu debiliũ
    - Motus ſanguinis in alias partes irruentis ob vires robuſtas.
    - Proprij vteri morbi in ipſo, vel cornib⁹, vel ceruice, ſterilitas.
    - Cauſſæ nunc dictæ, ſed remiſsiores.
  - Depravatorũ
    - Immodicorũ
      - Otium diuturnum.
      - Victus plenior & opiparus.
      - Proprij vteri morbi in cornibus, ceruice, vel toto corpore.
    - Alienarum per vterum fluxionum, id eſt, fluxus muliebris, ob affectum aliquem ipſum infeſtantẽ, ſeu proprios vteri morbos, ſiue cornua, ſiue collũ, ſiue totum ſpatium afficiatur, corpus vniuerſum per vterum ſe expurgans humoribus redundantibus, bilioſis, pituitoſis, ſanguineis, quos colore repræſentat.
- Gonorrhœæ.i. inuitæ ſeminis effuſionis
  - Imbecillitas Facultatis retẽtricis, ſi laxo — Virili pudẽdo fiat.
  - Cõuulſionis quodam modo ſimilis affectus, ſi intento — Virili pudẽdo fiat.

Sic eorum, quæ à naribus, auribus, oculis, palato, faucibus, hæmorrhoidibus, aut quauis alia parte fluunt, quantitatem, qualitatem excretionis modum in dictas cauſſas reduxeris.

Cauſſæ ſymptomatum, Affectus corporis præter naturam, Viſilis, audibilis, olfactilis, guſtatilis, tactilis, partim dictæ tabula tertia: partim ex fine libri ſexti repetendæ.

IACOBVS SYLVIVS MEDICVS, HAEC IN auditorum ſuorum, & cæterorum medicinæ ſtudioſorum gratiã magna religione, colligebat

# DE SIGNIS OMNIBVS MEDICIS, HOC EST

www.libtool.com.cn

*ſalubribus, inſalubribus, & neutris, commentarius omnino neceſſarius medico futuro, per Iacobum Syluium Medicum.*

Medicina eſt ſcientia

Corporũ ſuſcipiẽtiũ

Cauſſarũ efficientiũ vel conſeruantium

Signorum oſtẽdentiũ

Sanitatẽ, ſeu ſalubrium primò & præcipuè

Morbũ, ſeu inſalubriũ ſecundò & propter ſanitatem

Neutram diſpoſitionẽ, ſeu neutrorum,

Simpliciter { Semp. Plurimùm.

Vt nunc

De corporibus in libris Phyſiologicis præcipuè agit Galenus, ſed aliis quoque paſsim, vti & de cauſsis: quæ tamen in libris ſanitatis tuendæ, de alimentis, de cauſſis pulſuum, reſpirationis, procatarcticis, morborum, ſymptomatum, methodo medendi, de medicamentis maximè declarantur.

De ſignis autem tam corporum quàm cauſſarum hoc loco agere ſtatuimus, ex libris maximè Galeni, Arte medica, Temperamentis, Locis affectis, Prognoſticis Hippocratis, Dyſpnœarum, Pulſuũ, & aliis quos obiter adſcribemus.

Signum medicum eſt quod ſanitatem, morbum, neutram diſpoſitionem, ſenſui vel rationi demonſtrat. Σημεῖα, hoc eſt, ſigna, non neceſſaria: τεκμήρια, dicuntur Medicis & Rhetoribus. Galenus in finem libri 3. Prog. Quintilianus lib. 5. cap. 9. Signi verò nomen latiùs hîc extendimus, vt ſæpè indicium comprehendat.

Signa
- Salubria, ſalutem
- Inſalubria, ægritudinē
- Neutra, neutrā diſpoſitionem

Præſentem indicant / Futuram pronūciāt — Quorum magnus eſt vſus.

Neutram diſpoſitionem,id eſt, nec ſanam nec ægram omnino, ſeu nō magis ſanam quàm ægram, ſed vtriuſque mediam:vel partim ſanam,partim ægram:vel aliquando ſanam, aliquando ægram.

Horum omnium,vt cæterorum, quæ ex libro artis medicæ ſumuntur à nobis, rationem Martinus Acacia doctiſſ.medicus demonſtrat ſuis in eum librum commentariis iam abſolutiſſ.

*Lib.de vſu partium.*

- Prima & potiſsima, ſumpta ab ipſa hominis eſſentia, ſeu ab his quę homini inſūt ſecundum eſſentię rationem
  - Ab animo, eſt omnino mediꝰ
    - Audacis,&timidi,id eſt,alacer & fortis
    - Iracundi & ignaui. i. manſuetus.
    - Præcipitis & cūctatoris, id eſt prudens.
    - Miſericordis & inuidi, id eſt, amicorū amans & humanꝰ,
    - Callidi & hebetis.i.integer.
    - Libidinoſi & inſenſati. i. circa venerea mediocris.
  - Quæ mediocritates,bonam cerebri.cordis, hepatis temperantiam ſequi poſſunt : vt harum contraria, intemperaturas dictarum partium contrarias.Nam animi mores corporis ſequuntur temperamentū, & corporis actiones animi moribus conſentiunt,'vt dicato huic rei libello Galenus demonſtrat.Ob id neceſſariò ſequētibus addi poſſunt,vt ꝓdigi & auari medius,id eſt,liberalis : & ſi quæ aliæ morū mediocritates vitiis contrariis intercluſæ,Ariſtoteli in Ethicis traditæ, homini inſitæ & naturales ineſſe poſsint,aut ſaltem ad has igniculi quidam & propēſio. Quæ enim ſigna temperamēti cuiuſque,

www.libtool.com.cn

Signa hominis tēperati ex lib. 1. ſanitatis tuendæ:cap.9. artis medicæ:lib.2.tēperamētorum:libro de opt.corporis conſtitutione.

à moribus optimis aut vitioſis ſumuntur, ſunt à moribus naturâ inſitis ſumenda, non ab his quos philoſophiæ ſtudio nobis poſteà comparamus. Hi .n. vt temperamentum mutare poſsint, non tamē neceſſariò indicant, vt natiui illi mores & inſiti.

www.libtool.com.cn

A corpore, ſeu corporis partibus

- Similaribus, eucraſia in calido, frigido, humido, ſicco:eſt enim medius calidi, frigidi, humidi, ſicci: ſeu mollis, duri, obeſi, gracilis.
- Organicis, ſymmetria in magnitudine, figura, numero, ſitu, connexione: omnium ſimilarium organa ſingula conſtituentium, & inſtrumenti totius.
- Ambabus, vnitas ſeu continuitas, ſua ſimilaribus, ſua organicis, & ſeorſum, & cum aliis.

Minùs præcipua, ſed quæ neceſſariò ſequuntur probā partium ſimilarium temperiem: multa etiam, organicarū ſymmetriam, & ambarum vnitatē.

- Virtus, ſeu perfectio actionum naturalium, vitalium, animaliū.
- Symptomata ſeu accidentia.

Naturalium

- Attractio alimenti familiaris omnium corporis partium moderata: & ab ea cibi & potus appetentia mediocris, & quantum vtriuſque coqui poteſt in ventriculo: ab ea item alimenti in hepar, & inde in corpus reliquū proba diſtributio.
- Retentio exquiſita in ventriculo, hepate, venis, ſingulis partibus quoad erit coctio triplex in dictis partibus abſoluta.
- Coctio cibi & potus perfecta: prima in ventriculo: ſecūda, in hepate & venis: tertia, in tota corporis mole, ſeu in ſingulis partibus. Cui comes eſt aſsimilatio, & nutritio perfecta. Huic viuidus ſemꝑ color, nigri ſcilicet & albi medius.
- Expulſio tempeſtiua & moderata excrementorum: quæ per ſingulas coctiones bina, vnum craſsius, alterum tenuius, ſecernuntur à ſucco benigno: & corpori alendo iam ſunt aliena, quantitate, qualitate, vtrâque.

His addi poteſt veneris vſus mediocris.

Signa hominis temperati minus præcipua, &c.

- Virtus ſeu perfectio actionum
  - Vitaliũ, id eſt, pulſus
    - Magni & parui
    - Calidi & frigidi
    - Mollis & duri
    - Pleni & vacui
    - Velocis & tardi
    - Denſi & rari
    - Medius,
      - Vehemens tamen & æqualis & ordinatꝰ: nō medius vehementis, imbecilli, æqualis & inæqualis.
      - Ordinati & inordinati.
  - His addi poſſunt mediocritates animæ, virtutem θυμοειδῆ, id eſt, animoſam, vulgò iraſcibilẽ, in corde reſidentẽ, ſequentes: vt fortitudo, manſuetudo, & reliquæ,
  - Animalium
    - Senſio omnis integra, & quatenus homini datum eſt perfecta, ſcilicet viſio, auditio, olfactio, guſtatio, tactio: qua tactione homines vt cætera animalia vincunt, ita aliis ſenſionibus cedunt variis animalium generibus.
    - Motus volũtarius omnium corporis partium optimus, inculpatiſsimúſque.
    - Principis animæ facultatis actio omnis, hoc eſt apprehenſio, ratiocinatio, memoria integra.
    - His addi poſſunt morum animi mediocritates, vt quę principium ſui ab animali facultate ferè ſortiuntur. Adhęc ſomnolenti & inſomnis eſt medius. Hanc actionum virtutem ſymmetria inſtrumentorum, in quibus, vel à quibus actiones hæ fiunt, perficit.
- Symptomata ſeu accidentia.
  - Quantitate
    - Totius
      - Magni & parui eſt medius, quanquam temperatus, vel magnus, vel paruus eſſe poteſt: ſi partes eius omnes ſint temperatæ & commoderatæ,
      - Craſsi, ſeu obeſi & gracilis medius, id eſt, euſarcos & quadratus. Aph. 44. lib. 2. Hi ſtatus vitioſi augentur vel minuuntur latitudine & profunditate. In medio autem ſpirituoſum genus, & carnoſum, & ſolidum, eſt mediocre quantitate & qualitate.
    - Partis
      - Venarum nec amplarum, vt gracilis naturâ, nec anguſtarum & obſcurarum, vt obeſi naturâ, ſed mediocrium. Quæ cauitatis mediocritas in cæteris eius partibus cauis etiam ineſt.

Calidi

www.libtool.com.cn

Signa hominis tēperati minùs precipua ſumpta à ſymptomate.

Qualitate

Capitis / Oculi / Thoracis: Inter magnum & paruum medij. De his pòſt in ſignis partium principum, cerebri & cordis temperaturas oſtendentibus, abundè dicemus.

www.libtool.com.cn

Tactili: Calidi, frigidi / Mollis, duri / Hirſuti, glabri: Eſt medius toto corporis habitu.

Viſili: Color cutis totius eſt optimus, quia floridus, ſeu ex albo & rubro commiſtus. Capilli, cùm puer eſt, rufi magis quàm nigri: cùm floret ætate, nigri: cùm adoleſcens eſt, flaui, & vt plurimùm criſpi mediocriter.

Patiendi difficultas, à cauſsis omnibus morboſis, quibus maximè reſiſtit. Intemperatus autem, ſolis ſuæ naturæ contrariis, cùm à ſimilibus ſuæ intemperaturæ cauſsis promptè offendatur.

Nam optimè temperatus homo ad iuſtitiam noſcitur actionis ſibi conuenientis perfectione, hoc eſt, ſi ſapientiſsimus eſt, ac prudentiſsimus. Deinde corporum eſt omnium temperatiſsimum, præcipuè internæ manus natiua cute, nerui, & carnis media, omniúmque exceſſuum & defectuum medium. Ob id ad ipſum, ceu quādam Polycleti regulam, collata corpora alia, dicuntur calida, frigida, humida, ſicca: aut per horum coniugationem calida humida, calida ſicca, frigida humida, frigida ſicca: mollia, dura, craſſa, tenuia, hirſuta, glabra, &c. hoc eſt, calidiora, frigidiora, & cętera, temperato.

Spectanda autem ſunt maximè hæc ſigna ceu certiſsima, in aëre & in victu temperato, vt nec in ſole ſe homo in dies torreat, nec ſemper in vmbra, puellarum more, lateat. Quando ſic cutis nudæ colorem, mollitiem, duritiem regio intemperata, & temperatæ aër æſtiuus & hybernus permutauerit, & corruperit.

Calidioris humido ſicco temperatæ,
- Calor tactu perceptus in cute, & carnoſo genere.
- Calfactio prompta, tarda refrigeratio, vt in corpore denſo.
- Rubor in cute.
- Adipis inopia.
- Pilorum copia, & capillorum nigrities.

**Signa corporis temperaturæ mediocris**

- **Frigidioris humido ſicco tẽperatæ.**
  - Frigiditas tactu percepta.
  - Refrigeratio prõpta, vt rari corporis, calfactio tarda.
  - Rufa cutis, ſi frigiditas multùm excedit, liuida, plũbea.
  - Adeps mediocris.
  - Pilorum auditas, & glabrities, capillus rufus.
- **Siccioris calido frigido temperatæ.**
  - Corpus ſiccum, durum, gracile, ægrè mobile.
  - Offenſio prompta à ſiccantibus.
- **Humidioris calido frigido temperatæ,**
  - Corpus carnoſius, mollius temperato.
  - Læſio prompta ab humectantibus.
- Hæc corpora cùm in altera oppoſitione ſint temperata, his notis exceptis, temperato cætera ſunt ſimilia.
- **Calidioris ſiccioris,**
  - Corpus calidius, ſiccius, durius, gracilius, hirſutius.
  - Nigrities cutis, ſi calor multũ excedit, & capillorũ.
- **Calidioris humidioris.**
  - Corpus calidius, carnoſius, mollius tẽperato, quantùm vtraque qualitas excedit.
  - Corpus calidius, & hirſutius multo, Carnoſius, & mollius paulò, Adipisinops, capillis, nigris, — Si calor multùm, humiditas parum vincit, medium.
  - Calidius, hirſutius paulò, Carnoſius, & mollius multò, Colore ex albo & rubro. Putridis morbis obnoxium, — Si humiditas multũ, calor parum vincit medium.
- **Frigidioris, humidioris,**
  - Paulo corpus album, molle, obeſum, debile.
  - Multò, pro qualitatum incremento, omnia hæc augentur.
  - Color rufus, aut liuidus, ſi plurimùm vtraque qualitas vincit.
- **Frigidioris ſiccioris,**
  - Capillus rufus.
  - Naturâ
    - æqualiter, cùm vtraq; qualitas ex æquo à medio receſsit.
      - Corpus frigidum tactu, durum naturâ, rectum, tenue, glabrum.
      - Adeps per carnes ſparſus, etſi corpus eſt gracile.
    - Inæqualiter, cùm qualitas altera plurimùm, altera parum à medio receſsit: illius qualitatis maiora, huius minora erunt indicia.

www.libtool.com.cn

AEtate declinante, { Corpus gracile, durum, melancholicum, ab atræ bilis prouentu, ob id nigrum & hirſutum, ſi iuuentus calida ſicca præceſſerit: ſi non, color cutis, & capillus, & pilus frigiditatis modum & proportionem ſequitur.

www.libtool.com.cn

In his quatuor qualitatum coniugationibus qualitatis plus excedentis indicia ſemper magis eminebunt. Sunt autem ſigna hæc temperaturæ earum maximè partium, quæ primæ oculis ſubiiciuntur, ſcilicet cutis, & muſculorum omnia oſſa ambientium. Si verò hæ temperaturæ totius natiuæ non ſunt, ſed cordis, aut hepatis, aut amborum naturam, præcipuè calidam, frigidam ſequuntur, & ſunt acquiſititię, ſigna alia exhibent, dicenda in ſignis temperaturæ harum partium calidæ, frigidæ. Spectentur quoque hæc ſigna in victu temperato vtentibus, & colentibus regionem temperatam. Nam aër ęſtiuus, nudis: hybernus, & vita in vmbra, etiam veſtitis, ſigna ex colore, mollitie, duritie ſumpta, alioqui certiſsima, corrumpit.

Adhæc obſerua, an muſculi omnes eadem ſint temperie, vel diuerſa: & an partiũ craſſities aut tenuitas ſit à carne muſculoſa, vel oſsium ſubiectorum quantitate, vel vtraque: vel humiditate in ſpatiis inter partes ſimilares mediis collecta, ipſarum alimento.

Artus enim facit & oſtendit {
- Craſsiores {
  - Oſsium ſubiectorũ amplitudo, ſua duritie ſenſui apparens.
  - Carnis aucta multitudo mollior, oſsibus etiam tenuibus.
  - Vtraque ſimul notis amborũ conſpicua, vt mollitie ſublimi & ambiente, duritie profunda.
  - Multa humiditas in ſpatiis inter partes ſimilares mediis collecta, ipſarum alimentum.
- Tenuiores {
  - Oſsium ſubiectorum tenuitas.
  - Carnium penuria.
  - Vtraque ſimul.
  - Pauca humiditas illa nutritoria.
- Humidiores {
  - Caro multa & mollis.
  - Plurima & ſubtilior humiditas illa.
- Sicciores {
  - Caro pauca & dura.
  - Parcior & craſsior dicta humiditas.

Porrò hanc humiditatem augere poſsis, partes autem corporis verè ſolidas & primas humidiores reddere nequeas, ſatis eſt ſi celeriùs ſiccari prohibeas. Communis hæc ratio eſt omnium partium, & vti-

Iis etiam doctrinæ cauſſarum ſalubrium & inſalubrium. Commune etiam toti corpori,& ſingulis eius partibus temperaturę eſt ſignum: noxa facilis à ſimilibus ſuæ intemperaturæ cauſſis: auxilium à contrariis:vt quod corpus facilè friget, frigidum aut rarum: quod ægrè friget calidum aut denſum:quod à ſiccis promptè læditur, & ægrè eſt mobile,ſiccum:humidum,contrà.

www.libtool.com.cn

Hactenus ſigna temperamenti totius corporis, nunc ſigna temperamenti partium maximè principum.

- **Partes corporis**
  - 1. Principes,ac cæterarum gubernatrices, cerebrum,cor, hepar, teſtes.
  - 2. Ortæ & gubernatæ à principibus,
    - Cerebro,nerui, & ſpinalis medulla.
    - Corde,arteriæ corporis totius.
    - Hepate,venæ omnes.
    - Teſtibus,vaſa ſpermatica.
  - 3. Nec aliarũ gubernatrices nec ab aliis gubernatæ,ſed ab inſitis ſibi à natura facultatibus,
    - Os,cartilago,ligamentum.
    - Membrana,adeps.
    - Glandulæ, caro ſimplex.
  - 4. Potentias ſortitæ, inſitas,& manantes à principibus per neruos,arterias, venas,
    - Lingua,pulmo.
    - Ventriculus, hepar, lien.
    - Renes,& reliqua corporis inſtumenta.

- **Quantitate,**
  - Paruitate, quæ vitioſæ cerebri conſtitutionis propriũ eſt ſignum.
  - **Magnitudine,**
    - Cum figura concinna, & ortis ab eo perfectis,vt neruoſa omni ſubſtantia bene habita, & robuſta, ceruice valida, & oſsibus aliis optimè conſtantibus.
      - Multam & optimam materiam ab inſita virtute robuſta bene formatam ſignificat.
    - Sine his dotibus, multam nec optimam materiam à virtute nõ bene formatam oſtendit.
- Propria, ſimili ſphæræ cereæ omnino rotundæ, poſt vtrinque paulatim depreſſæ,vt priores & poſteriores eius partes magis gibbę,laterales fiant rectiores.

www.libtool.com.cn

- **Cerebri naturam oſtendunt infra ipſi hæc.5. genera.**
  - **1. Capitis totius diſpoſitio in**
    - **Figura**
      - Hæc concinna occipitis, & ſuturę eius lābdoidis figura ſignificat optimam conſtitutionem cerebelli cerebro annexi, & ab eo exortorum, ſpinalis medullę, & neruorum eius motorum: quales multos habet cerebellum, ſenſificos paucos: cerebrum contrà, motores paucos, ſenſificos multos: quos bene conſtitutos oſtendit figura eminentiæ ad frontem concinna.
      - **Inepta**
        - Occipitis eminentia.
          - Minuta ſi nerui, ceruix, oſſa alia habent.
            - Secundum naturam, quod rarū eſt, — Materiæ defectum ſignificat, non virtutis formatricis imbecillitatem.
            - Nō rectè, quod frequentiſ. eſt, — Principium imbecillum ſignificatur.
          - In acutum tendente cum figura concinna, & cæteris, vt in capitis magnitudine, diſtinguendis.
        - Ad frontem eminentia, & figura illiberali & abſurda, vel maiore, minore, diſtinguenda vt occipitis eminentia: & extortorū à cerebro neruorum ſenſificorum, & viſus, olfactus, guſtatus virtute, aut vitio. Nam orta à cerebro, ipſius virtutem aut vitium indicant: contrà, cerebri à ſe ortorum.
    - **Capillorū**
      - Craſsitie, tenuitate, mollitie, duritie.
      - Figura recta & plana, criſpa & flexa.
      - Colore albo, pallido, rufo, flauo, nigro.
      - Productione cita, tarda.
      - Perditione cita, tarda, vt in caluitio.
  - 2. Senſionum, vt viſionis, olfactus, guſtatus, auditus, tactus,
  - 3. Motionum voluntariarū per neruos & muſculos,
  - 4. Principum actionum apprehenſionis, cogitationis, memoriæ,
  - 5. Naturalium in cerebro & capite actionum,
  - (2.–5.) Virtus & vitium, ſeu perfectio & læſio triplex.

Alteratio à cauſſis externis, facilis, difficilis additur.

www.libtool.com.cn

**Signa cerebri temperaturæ**

**Bonæ,**

1. Subſtantia cerebri ex primarum.4. qualitatum miſtura bene temperata,& ob id media,ſubtilis craſſæ, mollis duræ, fluxilis firmæ,calidæ frigidæ: quam ſequuntur actiones ſenſificæ,motoriæ,principes,in ipſo naturales, integerrimæ,ſomnus mediocris.
2. Excrementa inde per aures,oculos,nares, palatum, ſuturas,meatus alios,modica.
3. Bona capitis commoderatio in magnitudine, figura concinna,virtute ortorum ab eo,vt ſpinalis medullæ,neruorum ſenſoriorum & motorum,ceruicis,capilli.
4. Capilli ſunt infantibus ſubrufi,pueris ſubflaui,adoleſcentibus flaui & medij inter ſimplices & exactè criſpos, vix calueſcẽtes,ſi regio,& in cerebro humores ſunt tẽperata.
5. Difficilis offenſio ab externis cauſsis calfacientibus, refrigerantibus humectantibus,ſiccantibus.

**Calidioris humido ſicco tẽperatæ,**

1. Subſtãtia cerebri
   - Calidior,à qua fit mobilitas in opinionibus & apprehenſionibus.
   - Motuum & ſenſuum celeritas, ſomni breues, leues,& parum profundi.
   - Tenuior, quam ingenij celeritas ſequitur.
2. Partes capitis,vt facies,calidiores,rubicundiores,oculorum venæ manifeſtiores.
3. Excrementa per aures,oculos,nares palatum. Pauca cocta in ipſis omnino ſanis. Plura autem & incocta,ſi cibo, potu,odore,aëre,& aliis omnibus foris occurſantibus naturâ calidis, præcipuè etiam humidis caput impletur, & grauatur:quod illis perpetuò,ac præſertim, cùm nullam victus rationem ſeruarint,accidit.
4. Capilli ſtatim poſt natalem à capite orti, initiò ſubflaui, deinde nigricantes, tandem calueſcentes, ſi non multò excellit caliditas. Si autem plurimò temperiem mediam ſuperat,mox nigri,robuſti,criſpi fiunt,calui celerrimè.
5. Offenſio facilis,à cauſsis calidis,internis & externis: Auxilium à frigidis.

Omnis enim pars ex ſimilibus ſuæ intemperaturæ cauſſis promptè offenditur:iuuatur autem modico contrariorum vſu. Si magnus eſt in caliditate exceſſus , validiora ſunt hæc indicia:ſi paruus,imbecilla . Quæ diſtinctio in cæteris intemperaturis eodem modo obſeruanda eſt.

**Frigidioris,**

1. Subſtãtia cerebri
   - Frigida, quæ facit ſtabilitatem in opinionibus, motuum & ſenſuum tarditatem, ſomnos longos, graues, & profundos.
   - Craſſa, cui ſuccedit intellectus tarditas.

www.libtool.com.cn

2. Partes capitis, vt facies, parum calent, non rubent, ſed pallent, oculorum venæ viſum omnino fugiunt.
3. Excrementa per aures, oculos, nares, palatum, multa cruda.
4. Capilli multò poſt natalem orti, tenues initiò, & malè nutriti, recti, rufi, ſtabiles, canitiem ſentiunt, non caluitium.
5. Offenſio facilis, à frigidis, túncque illis catharrhi, coryzæ fiunt: Auxilium à modicè calidis. Nam multùm calida catarrhum, coryzam etiam in his excitant, liquatis à calore in cerebro excrementis.

**Sicciores,**

1. Subſtantia cerebri ſiccior, ſtabilis, firma & ob id formarum non facilè ſuſceptiua: vnde diſcendi difficultas; & memoria fidelis, ſenſuum perſpicacitas, motuum promptitudo quædam, & vigiliarum.
2. Partes capitis, vt facies, ſiccæ, graciles.
3. Excrementa per dictos meatus pauca.
4. Capilli robuſti, celerrimè nati, criſpi potiùs quàm recti, citò caluitium faciunt.
5. Offenſio facilis à ſiccantibus: Auxilium ab humectãtibus.

**Humidioris,**

1. Subſtantia cerebri humidior, fluida, ob id formarum facilè ſuſceptiua: vnde diſcendi facilitas, & obliuio celeris, ſenſus turbulenti, graues, obtuſi, motus tardi, ſomni multi & profundi.
2. Partes capitis, vt facies, humidæ, tumidæ, obeſæ.
3. Excrementa multa.
4. Capilli plani & ſimplices, canitiem ſentiunt, non gignunt caluitium.
5. Offenſio facilis ab humectantibus: Auxilium à ſiccantibus.

**Calidioris & ſiccioris,**

- Senſuum vigor, & vigiliæ plurimæ.
- Caliditas capitis tactu percepta, & facies rubicunda vſque ad ætatem conſiſtentem.
- Excrementa nulla.
- Capillorum prima generatio celerrima, & plurimo abundans alimento: ſunt autem hi nigri & criſpi.

**Signa cerebri, temperaturæ**

**Calidioris humidioris**

*Paulò*

- Color bonus.
- Partes circa oculos calidiores cum venis magnis.
- Excrementa plura mediocriter coĉta.
- Capilli reĉti, ſubflaui, ægrè caluefcentes.
- Capitis repletio & aggrauatio à calidis: ab humeĉtantibus verò, multò maior excrementorum multitudo mox accedens.

*Plurimò*

- Viſus turbulenti, & cæteri ſenſus parum vigentes.
- Vigiliarum longarum impotentia, ſomnus grauis interruptus vigiliis, & ſomniis imaginationũ plenis.
- Excrementorum copia.
- Capilli ex prædiĉtis conieĉtandi.
- Offenſio prompta, à calfacientibus & humeĉtantibus, vt auſtro: auxilium, à frigidis ſiccis, vt aquilone.
- Caput morbis obnoxium.

Si autem multò ſit calidius, paulò humidius, calidę intemperaturæ ſigna exhibebit vehementia, & manifeſta: humidæ, leuia, & obſcura: ſi multò humidiùs, paulò calidius, contrà. Quæ ratio communis eſt omnibus intẽperaturis cõpoſitis.

**Frigidioris & ſiccioris**

- Senſuum omnium in iuuentute vigor, nullúmque omnino vitium: ſed progrediente ætate marcor ſubitus, & celerrima omnibus circa caput ſeneĉtus.
- Caput frigidum, & ſui ratione decolor, venæ oculorum imperceptæ.
- Excrementorum inconſtans vacuatio.
- Capilli natis vix exeuntes, & malè nutriti, rufi, citò caneſcẽtes: caluefcentes verò, ſi multò ſiccius, paulò frigidius fuerit: contrà, partium caluefcentes, ſi multò frigidius, paulò ſiccius.
- Offenſio prompta, à cauſsis frigidis, & ob id inæqualis, & parum ſolida ſanitas, quòd nunc leuiſsima habent capita, ob excrementorum moderatos effluxus, nunc grauedine & diſtillatione tentata à minima cauſſa.

**Frigidioris & humidioris**

- Senſuum obtuſitas & tarditas, ſomnolentia, & ſomni graues ac profundi.
- Excrementorum prouentus.
- Capilli citò caneſcentes non caluefcentes.
- Offenſio prompta, à frigiditate, & repletione, grauedine, diſtillatione.

www.1bntool.com.cn

Signa oculorum temperaturæ

- Bonæ: Oculorum concinna vel magnitudo vel paruitas, ſed vtraque cum viſione perfecta. Illa enim multam materiam, hæc paucam: ſed vtramque à vi formatrice bene temperatam.
- Malæ: Oculorum inconcinna vel magnitudo vel paruitas, ſed vtraque cum viſione hebeti eſt: & ſubſtantiam multam vel paucam malè temperatam à vi formatrice ſignificat,
- Calidioris:
  - Caliditas tactu manifeſtè percepta.
  - Motus eorum facilis, & creber.
  - Venæ ipſorum latæ.
- Frigidioris, Contraria.
- Humidioris: Mollities cum multa humiditate, & tenuis humor magis ad aquæ naturam accedit, & ſuperabundat: & cryſtallinus humor eſt mollior, nec ita multus.
- Siccioris: Durities & ſiccitas, humoris tenuis craſsities & paucitas: durior autem cryſtallinus, & paulò copioſior aqueo.

Offenſio prompta, à ſimilibus temperaturæ cauſſis: auxilium, à modico contrariorum vſu, vt in cæteris partium reliquarum temperaturis.

Cauſſæ oculorum

- Glaucorũ:
  - Magnitudo, Splendor exquiſitus, Situs prominens — Humoris cryſtallini.
  - Paucitas & puritas humoris tenuis & aquei ad pupillam.
- Nigrorum contrariæ:
  - Paruitas, Splendor non exquiſitè fulgidus, Situs profundus — Humoris cryſtallini.
  - Copia vel impuritas humoris aquei.

Si omnes hæ cauſæ adſint, priores quidem, glauciſsimus: poſteriores verò, nigerrimus erit oculus: ſi aliquæ adſint, aliẹ deſint, maior & minor fiet glaucedo & nigredo, pro numero & viribus cauſſarum: & qui mediam horum naturam habent, cauſſas quoque medias habent.

Cæterorum ſenſoriorum temperamenti notas, & ex his, cerebri, ſimiliter poſsis inquirere.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

- **Signa cordis aptâ ſuæ actioni temperaturâ**
  - **Calidioris**
    - **Propria & inſeparabilia**
      - Pulſus velox, frequens.
      - Reſpiratio magna.
      - Audacia, & ſi calor multùm exceſsit, furibunda quædam iracundia & temeritas.
      - Natura ad actiones prompta.
      - Thorax hiſpidus præſertim pectore, & ipſis partibus ad hypochondria propinquantibus.
      - Thorax latus ſimul cum paruo capite.
    - **Magna ex parte contingentia**
      - Vniuerſum corpus calidum, niſi hepar vehementi frigiditate obſtiterit.
      - Thorax latus, niſi cerebrũ frigiditate plurimùm obſtiterit. Nam cerebro ſpinalis medulla, huic autem vertebræ ſpinæ totius, vertebris verò metaphreni duodecim, coſtæ totidem, vtrinque metaphreno, ceu carinæ nauis infixæ, thoracémque circumſcribentes, magnitudine reſpondent. Quare neceſſariò thorax methaphreni longitudinem æquat: latus verò eſt pro vertebrarũ & coſtarum ratione. Si verò cordis caliditas ſuperans, thoracem in primo ortu perflârit & dilatârit, cordis caliditatem declarat thorax latus: maximè verò, ſi caput paruũ fuerit: vt contrà, caput magnum cum thorace paruo, cor frigidius ſignificat. Si verò thorax capiti proportionè reſpondet, temperaturę cordis ſigna propria ſunt obſeruanda, neglectis ex thoracis capacitate ſignis.
  - **Frigidioris**
    - **Propria maximè**
      - Pulſus minor quàm modo naturæ conueniat, nõ tamen neceſſariò tardior vel rarior.
      - Reſpiratio pulſui proportionalis, ſi tantò thorax minor eſt, quantò cor frigidius eſt: ſi autẽ maior eſt thorax, quàm pro frigiditatis cordis vehementia, non ſolùm minor reſpiratio, quàm naturæ conueniat, ſed tardior & rarior fit.
      - Timiditas.
      - Natura ad actiones ſegnis.
      - Pectus glabrum,
      - Thorax paruus ſimul cum magno capite.

- Magna ex parte contingentia
  - Vniuerſum corpus frigidum, niſi hepar vehementi ſuo calore obſtiterit.
  - Thorax paruus, niſi cerebrum caliditate plurima obſtiterit.

www.libtool.com.cn

- Sicciorís
  - Propria
    - Pulſus durus.
    - Ira non prõpta, ſed fera & ſedatu difficilis.
  - Magna ex parte
    - Vniuerſum corpus ſiccius, niſi hepar humidius obſtiterit.
- Humidioris
  - Pulſus mollis.
  - Mores ad iram procliues, ſed quę facilè ſedatur.
  - Corpus vniuerſum humidius, niſi hepar ſiccius obſtiterit.

Signa cordis temperaturæ

- Calidioris & ſiccioris.
  - Pulſus magnus, velox, frequens, durus.
  - Reſpiratio magna, velox, frequens: multò autem velocior & frequentior, ſi thorax non ſit auctus proportione caloris cordis.
  - Iracundia, præceps animus, mores tyrannici, ad furorem faciles, ægrè placabiles.
  - Promptitudo ad actiones.
  - Pectus præ cunctis maximè hirſutũ, & hypochondria.
- Calidioris humidioris.
  - Pulſus magnus, velox, frequens, mollis: ſed ſyſtole velocior quàm diaſtole.
  - Reſpiratio pulſui forma ſimilis, ſi thorax proportione caloris cordis eſt auctus: ſed expiratio eſt maior & velocior inſpiratione. Si autem minor eſt thorax, tãtò velocior & frequentior pulſu reſpiratio fit, quantò thorax eſt minor.
  - Animus ad iram proclinis, non tamen ferus.
  - Promptitudo ad actiones non minor quàm prędictis.
  - Hirſuti minùs prædictis.
  - Si verò magnus ſit à temperamento medio receſſus, præcipuè ad humiditatem, præter dicta, morbi ex putredine fiunt corruptis & putrefactis in eo humoribus.

- **Frigidioris humidioris**
  - Pulſus mollis.
  - Mores timidi, non audaces, ad iram parum prompti, nec iræ tenaces.
  - Segnities ad actiones.

www.libtool.com.cn

- **Frigidioris ſiccioris.**
  - Pectus glabrum.
  - Pulſus paruus, durus.
  - Reſpiratio moderata, ſi thoracis paruitas cordis frigiditati proportione reſpondet: ſi verò maior eſt thorax, tarda, rara fit reſpiratio.
  - Ad iram omnium minimùm propenſi: iraſci autē coacti iram retinent.
  - Pectus omnium maximè glabrum.

De corporis totius temperatura calida, frigida, & thoracis capacitate magna, parua, ſimiliter diſtingue.

Pars quæuis calidior, frigidior, humidior, ſiccior, ſeipſa & ſua naturali & idonea temperatura non alicui alteri rei collata intelligitur. Nam cor etiam naturâ frigidius, multò calidius eſt calidiſsimo naturâ cerebro.

Adhæc quæ de moribus bonis aut malis dicta ſunt, vel dicentur, ad temperaturæ cognitionem, de naturalibus & inſitis intelligenda ſunt, non de acquiſitis per philoſophiam.

- **Calidioris**
  - Sãguis calidior, & ab eo corpus vniuerſum calidius, niſi cordis frigiditas obſtiterit.
  - Flaua bilis multa, & in ętate conſiſtente etiam atra.
  - Venæ corporis totius latæ naturâ.
  - Venter & hypochondria hirſuta.
- **Frigidioris**
  - Sanguis frigidior, & ab eo totius corporis habitus frigidior, niſi à corde calfiat. Nam cordis caliditas hepatis frigiditatem obtundere poteſt, & frigiditas caliditatem.
  - Cordis autem humiditas hepatis ſiccitatē ad cōtrarium habitum transferre nequit. Media inter has eſt hepatis humiditas, vt quam cordis ſiccitas magis vincat quàm ab ea vincatur. Hepatis autē caliditatem multò faciliùs vincit cordis frigiditas: omnium autem qualitatum frigiditas facillimè vincitur à cordis caliditate.
  - Pituitæ copia.
  - Venæ naturâ anguſtiores.
  - Venter & hypochondria glabra.

Signa hepatis, temperaturæ.

- Siccioris
  - Sanguis parcior & craſsior, & totius corporis habitus ſiccior.
  - Venæ duriores.
- Humidioris
  - Sanguis copioſior humidior, & corpus totum humidius, niſi cor ſiccius obſtiterit.
  - Venæ molliores.
- Calidioris ſiccioris
  - Sanguis craſsior ſiccior, totum corpus ſiccius.
  - Bilis flaua plurima ætate conſiſtente etiam atra.
  - Venæ latæ, duræ.
  - Venter & hypochondria plurimùm hiſpida.
- Calidioris humidioris
  - Sanguis plurimus, & inde totum corpus calidius, humidius, niſi cor obſtiterit.
  - Venæ amplæ.
  - Hypochondria hiſpida, ſed minùs prædictis.
  - Corpus obnoxium morbis ex putredine & humoribus vitioſis, ſi vtraque qualitas multùm ſit aucta, præcipuè humiditas, non caliditas: ſi contrà multùm aucta caliditas, non humiditas, vitioſis humoribus non laborant.
- Frigidioris humidioris.
  - Sanguis pituitoſus, & ad pituitæ naturam accedens, & corpus totum, niſi cor ad contrariam naturam transferat.
  - Venæ anguſtæ.
  - Hypochondria glabra.
- Frigidioris ſiccioris.
  - Sanguis paucus, & totum corpus frigidius. ſiccius, niſi cordis natura contraria vincat,
  - Venæ anguſtę.
  - Hypochondria glabra.

Cordis autem & hepatis temperatura ſi eadem eſt, ſecundum illam totum corpus afficit. Vt ambobus his calidis, totum corpus calidum: frigidis, frigidum: & in cæteris ſimiliter, vt antè dictum eſt.

- Calidioris
  - Ad venerem promptitudo & procliuitas.
  - Fœcunditas præcipuè maſculorum generatrix.
  - Genitiuæ partes, & his proximæ pilis celerrimè veſtiuntur.
- Frigidioris, Contraria.
- Humidioris, Semen multum & humidum.
- Siccioris, Semen paucum, modicè craſſum.

www.libtopl.com.cn

**Signa teſtium temperaturæ**

- **Calidioris ſiccioris**
  - Statim ab initio procliuus homo ad venerem, & petulcus: protinùs verò ſatiatur, & ſi cogatur, offenditur.
  - Semen craſſum fœcundiſsimum.
  - Genitiuæ partes, & his proximæ ad vmbilicum vſque & media femora citiſsimè hiſpida.
- **Calidioris humidioris**
  - Veneris appetitus non maior quàm aliis, ſed ex eius vſu immodico noxa minor: quin ſi caliditas & humiditas harum partium multùm ſit aucta, veneris abſtinentia multùm læduntur.
  - Seminis copia.
  - Genitiuæ partes, & vicinæ minùs hirſutę prędictis.
- **Frigidioris humidioris**
  - Non pronus homo ad coitum, ſed tardè venerem exercere incipit.
  - Semen tenue, aquoſum, infœcundum vel omnino, vel fœminarum generatiuum.
  - Partes genitiuæ & his vicinæ glabræ.
- **Frigidioris ſiccioris.**
  - Semen craſſum, paucum.
  - Cætera prædictæ eſt ſimilis.

www.fibtool.com.cn

**Signa ventriculi temperaturæ**

- **Calidioris**
  - Appetentia deterior quàm coctio.
  - Coctio melior præſertim durorum & coctu difficilium. lib. 1. alim. Nam quę facilè alterantur, in ipſo corrumpuntur.
  - Gaudet cibo & potu calido, modico frigidorum vſu non læditur.
  - Externis calidis promptè læditur, nec illa tolerare poteſt.
- **Frigidioris**
  - Appetentia vehementior.
  - Coctio imbecillior, præſertim cibi frigidi, & coctu difficilis.
  - Ructus acidus plurimus præcipuè à frigido cibo facilè in ipſo aceſcente.
  - Gaudet cibo & potu frigido: ſed horum vſu immodico, & externis frigidis promptè læditur.
- **Siccioris**
  - Sitis celeris, quæ potu pauco ſedatur: plurimo enim grauantur, & fluctuationibus infeſtantur, aut ſuperfluitat quòd abundat.
  - Delectatur cibis ſiccioribus.

- Humidioris
  - Sitis nulla, aut minima.
  - Humidum largius fert facilè.
  - Gaudet cibis humidioribus.

www.fltbtool.com.cn

Naturales ſiquidem ventriculi intemperaturæ ſimilia appetunt: morboſæ verò, contraria.

Compoſitæ ventriculi intemperaturæ ex ſimplicium natura cognoſcuntur, vt ex ſiti maxima, calidior ſiccior: hanc tamẽ ſitim à ventriculo, vel thoracis viſceribus ortam ſic diſtingue.

**Sitim ortam à calore**

- Ventriculi vel hepatis
  - Hypochondriorum calor prodit.
  - Potus præſertim frigidus ſedat.
  - Inſpiratus aër frigidus non iuuat.
- Cordis & pulmonũ
  - Thoracis æſtuans calor, Multa inſpiratio, Longa expiratio — Oſtendunt.
  - Inſpiratus aër frigidus inſigniter ſedat.
  - Potus frigidus modicè iuuat. Non enim ab eo ſitis eorum mox ſedatur.

Ventriculum verò, hepar, cor, pulmonem frigidum, frigida ſumpta & admota lædunt.

**Signa pulmonis tẽperaturę**

- Calidioris
  - Dicta in ſiti pulmonis, & cordis calorem ſequente.
  - Læſio à calida inſpiratione, auxilium à frigida.
- Frigidioris
  - Dolor & frigiditas manifeſtè percepta.
  - Læſio à frigida inſpiratione, auxilium à calida.
  - Pituitæ excretio cum tuſsi & ſcreatu.
- Humidioris
  - Pituitæ & aliorum excrementorũ ſcreatus cũ tuſsi.
  - Vox obſcura & rauca, quę excrementis interciditur, ſi vehementiùs vel acutiùs loqui conentur.
- Siccioris
  - Pituitę & aliorum excrementorum ſcreatus nullus.
  - Vox clara.

**Cauſſæ vocis.**

- Magnæ
  - Latitudo aſperæ arteriæ naturalis à multo calore perflata.
  - Efflatio vehemens, ſeu violenta multùm expiratio.
- Paruæ
  - Anguſtia eiuſdem ab imbecillo calore.
  - Efflatio imbecillior.
- Grauis, Latitudo pharyngis & laryngis à calore.
- Acutæ, Anguſtia eorundem à frigiditate natiua.
- Lenis, Lenitas totius gutturis ex mediocri temperie nata.
- Aſperæ
  - Aſperitas eiuſdem ex ſiccitate durarum cartilaginum ſigmoidũ, quibus arteria cõſtat, ac ex inæqualitate earundẽ, ob penuriã diſperſæ p ipſas humiditatis.

Quoniam igitur vocis inſtrumenta temperamenti ratione talia, vox talis ſequitur, idcirco ex voce de naturali temperatura licet ratiocinari. Non tamen ſemper, neque primùm temperaturam præſentem oſtendit, ſed ex accidenti: & ſolas naturales temperaturas, non autem aduentitias, vocis magnitudo aut paruitas ſequitur. Differentiis verò naturalium vocum prædictis, quæ voces à morbo aliquo harum partium fiunt, proportione reſpondent: ipſæque indicia ſunt cauſſarum à quibus fiunt.

www.libtool.com.cn

Reliquæ partes animalis internæ exigua habent temperaturæ ſuæ indicia, ea tamen ex iuuantibus & nocentibus, & naturalium facultatum actionibus integris aut vitiatis agnoſcere tentandum. Cuiuſque enim partis temperaturam actionis virtus & vitium maximè ſequitur.

Hactenus temperaturarũ ſigna, nunc indicia dicenda naturæ partium inſtrumentariæ ab optima commodè ratione recedentis, in magnitudine, figura, numero, ſitu, minùs tamen quàm vt ipſa iam ægrotet.

Ametria quadruplex, Partium.
- Externarum, & ſenſibus planè ſubiectarum cognitu facillima eſt, vt capitis, & per id, cerebri, colli, thoracis, omoplatarum, brachij, cubiti, manus, iſchij, femoris, tibiæ, pedis.
- Internarum cognitio.
  - Facilis
    - Ventriculi paruitas, rotunditas, pronus ad hypochõdria ſitus, circunſcriptione propria viſui & tactui manifeſtè apparet ſumpto largiori cibo.
    - Veſicæ paruitas, & ſitus expoſitus, tumore in pectine circunſcripto, ſi quando vrinam tardiùs excernit, apertè cernitur.
    - Vteri paruitas, & ſitus à natura alienus, & alia eius vitia obſtetricibus etiam tactui ſunt manifeſta.
  - Difficilis
    - Iecoris paruitas, & venarum in eo anguſtia colligitur ex venarum reliqui corporis anguſtia.
    - Toto corpore decolore.
    - Dolore graui & tenſiuo in hypochondrio dextro poſt cibum largiorem, flatuoſum, craſſum, lentum, quòd hæc ſymptomata hepar anguſtum habentibus ferè accidunt.
    - Meatus à folliculo fellis geminus & impar, vt maior in fundum ventriculi ad pylorum feratur, minor in ecphyſin, colligitur ex slioſo vomitu quotidiano, quanquam totum corpus ſit pituitoſum: alui excrementis bile flaua minimùm tinctis.

Cæterarúmque partium internarum, vt non certiſsima ſcientia, ſed artificioſa tantùm coniectura noſcatur, quam coniectandi facultatẽ actionũ & vſuum per anatomas cognitio ſuppeditat.

Hactenus ſigna corporum & partium, quæ intra ſanitatis latitudinẽ continentur, ex Galeni libris, maximè Arte medica expreſsimus. Nunc addenda ſunt ſigna locorum affectorum, hoc eſt, partium iam ægrotantium, & earum tantùm internarum, quarum ſcilicet inuentio methodum & viam rationalem requirit, quòd ſub viſus aut tactus iudicium non cadant, vti externè ægrotantes ſenſu planè noſcuntur, ex mutatione caloris, frigoris, mollitiei, duritiei, coloris, magnitudinis, figuræ, numeri, ſitus, connexionis, quæ ipſis ſecundùm naturam & ſanis priùs inerant.

www.1bfool.com.cn

Hæc autem partium affectarum ſigna Galenus iam ſenex, in artem primus redegit, perfecítque (capite 81. Artis medicæ) medico in phyſiologia, & aliis artis partibus iam probè exercito imprimis neceſſaria ad curationem rectam, ad idoneorum partibus affectis remediorum inuentionem, ad prænotionem, & prædictionem euentus. Nec ſolùm pars affecta, ſed cauſſa illi noxam afferens conſideranda: vt delirij & vigiliarum, calida: ſtuporis & ſoporiferorum affectuum, frigida. Ob id cauſſas, & ſigna, & ſymptomata, obiter attigimus cum Galeno, quòd ad exactam locorum affectorum notitiam plerunque ſunt neceſſaria: vti & iam aliquorum curationes, quòd eas iuuantia aut impedientia nõ modò affectus naturam, ſed etiam partem affectam perſæpe declarant. Hæc ſigna iam docebimus, ſi pauca quædam in his obſeruanda paucis antè dixerimus. πάσχειν, id eſt, affici partes Græcis propriè dicuntur, quando motum ab alio præter naturam ſuſtinent: ſeu quando ſympathea cum aliis partibus laborant: abuſiuè autem etiam pro νοσεῖν, hoc eſt, ægrotare: ſeu diſpoſitionem præter naturam ſuſtinere propriam. Idiopathea, eſt proprius partis alicuius affectus, vt ſuffuſio oculi, & affectus quiuis in parte aliqua genitus, ſiue permanentem habeat diſpoſitionem, & hecticam ſiue ſcheticam, ſiue etiam dum fiat, totus nondum genitus.

Sympathea illi oppoſita, quando pars proprium non ſuſtinet affectũ, ſed partis alterius affectum ſentit: vt oculus ſtomachi, creſcítque ac minuitur ſympathea aucta, vel minuta protopathea. Protopathea, eſt primarius & primùm natus in parte aliqua affectus: vt in æſtu caput primùm caleſcit præter naturam, tandem, cor per δευτεροπάθειαν, id eſt, ſecundariò, & fit febris diaria.

Nulla actio læditur, niſi pars actionis cauſſa effectrix lædatur idiopathεa, vel ſympathεa, protopathεa, vel deuteropathεa, vel duobus, vel tribus, vel omnibus modis ſimul, ſed diuerſis rationibus.

Vt os ventriculi humor biliosſus, vel putris infeſtet primùm, idiopathεa & protopathεa eſt: cuius vapore acri offenſum cerebrum cõdoleat, ſympathεa & deuteropathεa eſt: deinde ab eo vapore genitus in cerebro affectus maneat, idiopathεa eius tunc efficitur: & in aliis ſimiliter.

www.libtool.com.cn

*Lib. 1. loco affect.*

Pars afficitur

Idiopathεa i. affectu proprio, vt

Quando cauſſa effectus & diſpoſitio in ipſa parte hæret, vt

- Caput in phrenetide vera, lethargo.
- Oculus in ſuffuſione.
- Larynx in angina.
- Pulmo in peripneumonia.
- Pleura in pleuritide.
- Cor in ſyncope cardiaca.
- Ventriculus in lienteria.
- Hepar in dyſenteria hepatica.

Sympathεa i. per conſenſum.

Poſitiuè ſeu abſolutè,

Quando à parte primariò affecta ad eam aliquid aſcẽdit affectus cauſſa, & per eam ceu viam ipſum velut vmbra tranſit, vt cùm vapor à bile in ore ventriculi elatus in cerebrum, dolorem, in oculos, viſa excitat viſis ſuffuſorum ſimilia. Eſt enim vapor hic cauſſa efficiens doloris, & viſorum: quia illo præſente & tangente fit dolor & hallucinatio, & bile vacuata vomitu, aut per hieram picram, ambo illa ceſſant, non ceſſarent autem ſi proprius eſſet cerebri & oculorum affectus. Niſi autem à bile in ventriculo contenta aliquid, vt vapor ad cerebrum & oculos aſcenderet, quod partes has faceret participes diſpoſitionis eius, quę eſt in ventriculo, nec caput tunc doleret, nec oculus videndo erraret potiùs quàm audiendo, odorando, guſtando.

Quando pars aliquo priuatur, quod ei dũ habebat ſecundum naturam, aderat: vt thorax efflatione vocis materia priuatus, aut quia perfoſſus eſt, aut quia intercoſtales muſculi ſunt reſoluti ſpina metaphreni, vel ceruicis tota effecta. Et digiti reſoluti, quòd ſen

Priuatiuè,

tiendi facultas aut etiam mouendi ad eos iam non deſcendit, neruorum ad eos ſenſum tantùm, aut etiam motum deferentium origine læſa: nullo tamẽ vitio nulláque affectione in vocalibus inſtrumentis per illam aphoniam: aut digitis per hanc paralyſin exiſtente, ſed quia eo priuantur, quod ipſis ſanis aderat ad actionem edendã, quoties enim parti alicui deeſt, id quod ſecundum naturam ad actionem ei aderat, iure optimo affici dicenda eſt, ſed per conſenſum. Nam pars alteri conſentire dicitur, quæ cum alia patitur, non quę intra ſe patitur: quanquam interdum impediri pars non affici videatur, vt obſtructo veſicæ meatu in iſchuria, veſicæ actio mictus impeditur, inſtrumentis mictum facientibus illæſis, ſed libero meatu carere dicenda ſunt, qualis erat ſecundum naturam.

Cùm partes affectæ, ab aliquo affectu quem præter naturam ſuſtinent dicantur, id eſt, cauſſa morboſa, morbo, ſymptomate, à quibus affectuum ſigna ſumantur, antè dicemus: præſertim cùm ab iiſdem ſed diuerſa ratione affectarum partiũ ſigna ſumantur propemodùm omnia. Scienda autem medico ſunt, ſigna cauſſarum morboſarum, vt caloris, frigoris, in morbis calidis, frigidis, multitudinis, craſsitiei, lentoris in obſtructione, vt quibus bilioſę deiectiones ſunt, ſuperueniente ſurditate ceſſant, & quibus ſurditas adeſt à bile obſtruente, ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus ceſſat. Aphoriſ. 82. lib. 4. & Aphor. 2. 23. 25. lib. 1. & Aphor. 2. lib. 4. Humorum in nobis redundantium quantitate, aut qualitate, vtraque, & ob id morbos excitare paratorum, vel iam excitantium ſigna noſcenda inſinuat Hipp. & Gal. lib. 4. ſanit. tuendæ. Cauſſarum item externarum quæ in nos egerunt ſigna noſcenda medico vt Galenus docet de diaria, primo ad Glauconem, vt per ſe diſpoſitionem ab his in corpore relictam intelligat, aut ſaltem eas interroget: non quòd ab his aliqua ſumatur curatrix indicatio, ſed vt affectum ab his in corpore relictum, qui curandus eſt, noſcamus. Sciat etiam medicus ſigna non modò morborum, ſed temporum in morbis tam vniuerſalium, vt victũ & medicamẽta cuique horum idonea adhibeat, quàm particularium, vt quando alimentum, medicamentum, aliáque remedia tutò exhibenda ſunt, intelligat. De quibus libris duobus Galenus, & lib. 1. criſeôn. & Aph. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. lib. 1. vtque morbi euentum pręſagiat, Aph. 37. & 40. lib. 4.

www.libtool.com.cn

Signa affectuũ .i. morborum, ſed etiã cauſſarũ, ſymptomatũ præſentiũ, imminẽtium ſumuntur ab

- 1. Actionis noxarũ differentiis variantibus pro affectuum ſpecie & magnitudine non ab actione leſa.
  - Vt pro varia febriũ ſpecie & magnitudine variæ ſunt pulſus læſi differentiæ, vt quotidianæ, quartanæ, tertianæ pulſus eſt diuerſus, vt primo ad Glauconẽ: & in ſingulis harum pro magnitudine mutantur. Sic aliorum affectuum variæ ſunt pulſus læſi differẽtiæ, vt docet Galenus in Iſagoge pulſuum: eodem modo in cæteris actionibus.
- 2. Adhærentibus ſubſtãtialiter, vt
  - Febris, & quęuis intemperies calida, calore: frigida, frigore: humida, humiditate: ſicca, ſiccitate noſcitur certiſsimè: vulnus, roſio, tenſio, ruptio, ſolutione continui, phlegmone: eryſipelas, ſcirrhus, œdema, tumore.
- 3. Excreta per meatũ naturalẽ, aut præter naturam, ſubſtantia.
  - Propria partis alicuius, vt
    - Ramentum excretũ per ſedem, collũ vteri, veſicæ, vel aliũ quẽuis meatum, vlceris in parte aliqua hoc meatu vrẽte, vel in ipſo etiam meatu eſt ſignum.
  - Cõtẽta in ſpacio.
    - Secundũ naturã
      - Cibi non mutati deiectio — Nota eſt diarrheæ.
      - Alia, aliorum morborum, vti vrinæ morbos varios indicãt.
      - Potus non mutati mictus — Diabetæ.
      - Sudor multus morbum ſignificat. Aph.42. lib.4.
    - Præter naturã
      - Arenulæ vrinis ſubſidentes — Lapidẽ ſignificant. Aph. 79.4.
      - Deiectio ſimilis ſeminibus cucurbitæ — Lũbricos latos ſignificat.
- Vngues curui, tabem interdum indicant.
- Dolor lateris punctorius, &c. pleuritidem.
- Horror per febrem intempeſtiuus,

**4. Propriis cuique affectui accidentibus, vt**

- phlegmonem ſuppurari.
- Lingua nigricans, febrem ardentem.
- Lentor dentibus in febre innatus, febrem validam Aph. 53. 4.
- Calor totius corporis præter naturam, febrem.
- Color flauus totius, aut ſaltem oculorum, icterum.
- Color fuſcus inſolens, icterum nigrum.
- Color flauus, viridis, fuſcus, hæmorrhoidas.
- Color pallidus, liuidus, fuſcus, menſtruam purgationem immodicam.
- Hæc vt alia quędam affectuum ſigna, quia latè patent, ſuis locis fuſiùs dicēda, hîc omittuntur.

www.libtool.com.cn

Signa affectuum etiam ſumuntur à

**5. Doloris proprietate.**

- Punctorius dolor, phlegmonem membranarum.
- Pulſatorius dolor, phlegmonem ad arterias.
- Tenſiuus dolor, plenitudinem etiam flatuum.
- Grauis dolor humorum, vel aliorum grauium copiā largam ſignificat. De his pôſt latiùs.
- Lūborū dolor pertinax, hydropē ſiccū. Aph. 11. li. 4.

**6. Partib⁹, quibus hi affectus ſunt pprij, & ferè ſolis accidunt, vt**

- Hæmodia dentium & gingiuarum ſtupor à cibis auſteris & acerbis,
- Suffuſio oculi,
- Lapis ferè renum, veſicæ,
- Aliquando colli, & aliarum partium,
- Lumbrici ferè inteſtinorum,

(Sunt affectus proprij.)

- Abſceſſus cordi non accidit, ſed antè animal moritur.

**Vel quib⁹ hi affectus ſunt alieniſsimi, vt**

- Caluis varices magnæ non fiunt. Aph. 34. lib. 6.
- Acidum ructātes rarò ſunt pleuritici. Aph. 23. lib. 6.
- Dolor non accidit pulmoni, ligamentis, nec aliis partibus ſenſu tactus carentibus.

**7. Situ partis, vt**

- Affectus ſub hypochondrio dextro, aliquē ex morbis hepatis declarat: ſub ſiniſtro, lienis: ſub hypogaſtrio, veſicæ, vteri morbum, aut proprium, aut etiam partibus aliis communem.

Situ tumoris, meatus excernentis, & cæterorum quę pôſt dicentúr.

8. Coloris vitio, corporis totius, vel partis, vt caloris, frigoris: coloris mutationes in toto corpore, morbi longitudinem ſignificant. Aph. 40. lib. 4.

9. Odore vitioſo, vt graueolens ſputum in tabido, lethale. Aph. 11. lib. 5. & odor fœdus inſolens halitus corporis, expirationis, ſputi, ſudoris, deiectionis vrinæ, puris, putrefactionem magnam ſignificat Hippocrati in Prognoſticis.

10. Iuuantibus, lædentibus, id eſt, morbum minuentibus, vel abigentibus, aut gignentibus, vel exacerbantibus. Aph. 17. lib. 2. Nam ſimilia morbos augent, contraria minuunt. Alia ex Hippocrate & Galeno addi poſſunt, vt à

1. Partis figura vitiata, vt anguſto pectore, phthiſi, ſeu tabi ſunt obnoxij, ſi fluxio à capite in pulmonem ruat. Aph. 34. lib. 2. & Aph. 13. lib. 3.

2. Corporis habitudine, vt graciles magna ex parte biliosi. Aph. 6. lib. 4. Qui naturâ admodum craſsi ſunt, celeriùs quàm graciles intereunt. Aph. 44. lib. 2. Habitus exercitatorum optimi, periculoſi. Aph. 3. lib. 1. Hæc ſigna & ſequentium quædam reduci queāt in tria genera ſymptomatum ſpeciatim dictorum, id eſt, actionis noxam, exceſſum immodicum excretorum & retentorum, qualitates corporis præter naturam, id eſt, colores, odores, ſonos, ſapores, calorem, frigus, humorem, ſiccitatem, & alias tactiles qualitates.

3. A parentibus, vnde morbi hæreditarij fiunt & noſcuntur: vt arthriticis parentibus natus, ſi dolent articuli, eſt ſuſpecta arthritis.

4. Ab ætate, vt pueri podagra non laborant ante vſum venereorum, Aph. 30. lib. 6.

Tabes fiunt maximè ętatibus ab anno decimooctauo vſque ad trigeſimumquintum. Aph. 9. lib. 5. Apoplexiæ fiunt maximè à quadrageſimo ad ſexageſimum. Aph. 57. lib. 6. Huc pertinent morbi ſingulis ætatibus conſuetiores & magis familiares, declarati ab Hippocrate lib. 3. Apho. ad Apho. 24. vſque ad finem lib. 3.

5. A ſexu, vt eunuchi neque podagra laborant, neque calui fiunt. Aph. 28. lib. 6. Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint. Aph. 29. lib. 6. Aphoriſmis item plurimis lib. 5. affectus

permulti mulieribus proprij numerantur.

6. A conſuetudine laborandi hoc vel illo morbo.

7. A partibus anni,& flatibus ventorum,præcipuè auſtri,aquilonis,quorum proprij morbi abundè Hippocrati declarantur lib.3. Aph.propè toto.

www.libtool.com.cn

8. A regione,vt ſudatio Anglorum paucis antè annis,etiam Brabantorum fuit peſtis:& maritimo tractu plures elephantici euadunt.

9. A victus genere,& aëre quem inſpiramus.Hippocrates lib.de natura humana,& de flatibus,vt ex bilioſa,id eſt,calida ſicca victus ratione in ſumendis,admouendis,educendis,faciendis, morbi fiunt bilioſi,vt tertianæ exquiſitæ,febres ardentes:ex pituitoſa,pituitoſi:ex melancholica,melancholici: vt Alexandrini ſunt obnoxij elephantiæ,quia zytho,lente aſinina veſcuntur:Scythæ ſunt œdipodes,quia plurimùm equis inſident pendulis pedibus: Hippocrates lib. de aquis,aëre,regionibus.Huc vitę conditio referenda,vt quòd ſtudioſi pituitoſis & melãcholicis morbis ſint opportuniores:vt contrà melancholici ingenio præſtantiores.vt Ariſtoteles ſect.30.Probl.1.

10. Ab eo quòd morbus hic nunc populariter graſſatur,quales Hippocrati ſunt ab aëre.Hinc & Galenus ſigna ſumit febriũ lib.1.ad Glauconem:vt tertianæ,ſi multi tertiana tunc laborẽt:quotidianę,ſi quotidiana:& ſimiliter in morbis aliis epidemiis.

11. A cauſſis externis,vt percuſſus lapide, vel ligno contuſus eſt: enſe vulneratus:morſus à cane rabido:ictus à ſcorpione,ſæuiùs ægrotãt.

12. A ſomniis,vt ignis ſomnium bilem flauam in corpore abundare:niſi acceſsionis ſit vigor,aut cibos bilioſos recèns ederit. Somniũ fumi,caliginis,tenebrarum,atram bilem:ſomnium pluuiæ,niuis, glaciei, pruinæ, pituitam:niſi ſit initium acceſsionis cum frigore horrore,rigore:aut cibos pituitoſos paulò antè ederit. Sõniũ de balneo in ſanguine, ſanguinis copioſioris vacuatione egerę ſignificatur.
Somniũ de balneo in riuo aquę calidę,criſim per ſudorẽ calidũ ſignificat.Sitibũdo,famelico ſomniũ de potu ſitim nõ extinguẽte,aut cibo famem non tollente fit.Somnium venereorum plena ſemine vaſa ſpermatica interdum ſignificat. Per ſomnium qui ſe vix moueri putat,copia humorum grauatur:qui currit aut volat, leuis eſt ac excrementis vacuus: qui ſe putat in ſterquilinio, ſorde, graueolentia verſari, putrium & ex corruptione graueolentium humorum copiam,aut ſtercoris in inteſtinis ſignificat:contrà,qui in locis redolentibus verſari videntur: ſic animæ phantaſmata corporis diſpoſitiones effingunt.

Signa affectuum præteritorum, vt Galenus ad Glaucoñ de ſignis cauſſarum diariæ præſentis iam deſitarum.

Affectuum etiam futurorum, vt laſsitudines ſpontaneæ morbos prænunciant. Aph.5.2. Aph. 31.32.33.44. lib.4.

*Hipp.lib.de nat.hu.*

Cùm humores quatuor, Sanguinem, Pituitam, Bilem flauam, & Atram, animalis ſanguine præditi elementa, nunc ſanitas, nunc morborum pars maxima ſequatur, dum quantitate, qualitate, miſtione vel conſentiunt, vel diſſentiunt: operæpretium fuerit ſingulorum notas hîc adſcribere, ſumptas ex præcedentibus quibuſdam, ſcriptas libro 4. ſanit. tuendæ. Aph.2.lib.5. in natura humana.1. ad Glauconem de febribus intermittẽtibus, de plenitudine, & in libris aliis paſsim.

Signa ſanguinis in corpore redundantis.

- Simplicitas & ſtupiditas. Gal. lib. de natura humana.
- Senſus impediti, cogitatio tarda.
- Hilaris, facetus, comis, ridibundus, iucundarum rerum amans, & hominum.
- Oſcitatio, pandiculatio, nauſea, grauitas capitis, oculorum.
- Liberalis, iraſci tardus.
- Pulſus magnus, velox, frequens, plenus.
- Libidinoſus.
- Vinoſus.
- Cupediuorus.
- Vrina craſſa, rubra, multa, quæ ſuccorum tantùm qui in vaſis abũdant, nota eſt.
- Sanguinis dulcis prompta reiectio cum deiectionibus, hæmorrhoidibus, menſibus, vrinis, ſputo è naribus.
- Sudor multus lutum & virus olet, graueolens ceu hirci: dulcis ſi bonus eſt ſanguis, qui ſuccorum in toto corpore abundantium nota eſt.
- Carnoſum corpus ſine multo adipe. lib.2. temperam.
- Faciei & corporis reliqui, color rubicundus, roſeus, ac floridus, & ſplendens ex albo & rubro miſtus.
- Tenſio vaſorum omnium plenorum in oculis, manifeſta pulſatio in temporibus.
- Laſsitudo ſpontanea.
- Pruritus quo loco eſt aliquando ſecta vena.
- Adoleſcentia, quæ eſt ætas vſque annum 35. ſanguinis plurimùm

gignens.lib.1.progn.37.& lib.3.progn.14.& Aph.27.& 30.lib.3

Vernum tempus.Hipp.lib.de nat. hum.& Aph.20.lib.3.

Temperatura calida humida,ad coquendum aptiſsima.

Victus ratio plenior,euchyma,ſanguifica, vt vini modici, carnium,vitellorum oui vſus multus,in vitæ conditione hilari & parum anxia,cum ſomno multo

www.libtool.com.cn

Morbus à ſanguine multo conſuetus,& frequens, vt

Phlegmone,ſynochus non putris,puſtulæ ſanguineæ toto corpore.lib.2.ad Glauconem.

Phlebotomes vel ſpontinæ ſanguinis vacuationis, vt per nares, vterum,conſuetudo iam diu intermiſſa.

Somnium frequens rerum rubrarum,hæmorrhagię,natationis in dolio ſanguinis pleno: viſa enim per ſomniũ à ſanis & ægris plerumque humorum copiam,inopiam,qualitatem declarant Gal.in lib.de diuinatione per ſomnia,& Hipp. de ægrotantium ſomniis.

Facilitas tolerandi ſanguinis etiam multi vacuationem.

A calidis humidis læditur,iuuatur contrariis.

Color in cute ſimilis effloreſcit ſubiectis humoribus.lib.4.ſanit.tuendę,& Aph.2.lib.1.niſi intro receſſerint per metum,frigus:aut niſi ab externo,vt ſole,fumo,cutis colorem contraxerit.Ex his ſanguinis & reliquorum humorum ſignis, plurima etiam cauſæ humorem quem indicant gignentis rationem habent.

Senſus hebes,motus tardus, partium omnium grauitas & ſegnities.

*Aph.2.lib 4.hæc propè omnia.*

Pigritia mentis,& torpor,& obliuio prompta.

Ad ſomnum profundum promptitudo.Nam pituitæ natura ad morum cultum nihil facit. Gal. lib. de nat.humana.

Pulſus paruus,tardus,rarus,mollis,

Corpus totum albicans,molle,frigidum tactu, ſitu obſitum.

Color autem plumbeus,liuidus:ex albo liuidus, crudum ſuccum pituitæ ſpeciem ſignificat.

Temperatura frigida,humida:natiua,vel acquiſititia.

AEtas puerilis ob voracitatẽ,motus intempeſtiuos,immodicos.

AEtas ſenilis ob frigiditatem.

Habitudo corporis obeſior.

Aër frigidus, humidus, vt hybernus. Hippo. in natu. humana & lib.3.Apho. Talis item regionum polis propinquorum, & ſub

Alpibus & Pyreneis, & ſimilibus polum noſtrum ſpectantibus.
Victus præcedens pituitam gignens, ciborum qualitate pituitoſa, vt vini recentis, aquæ, cereuiſiæ, pomatij, piracij, recentium fructuum, lactis, caſei recentis, albuminis ouorum, partium ex animalibus neruoſarum, olerum.
Vel quantitate, vt prædictorum, & item vini etiam generoſi potus largior.
Motus, balneum, ſomnus mox à cibo frequens.
Vita in ocio, aut aquis, qualis piſcatorum.
Morbi pituitoſi cõſueti, vt œdemata, puſtulæ, quotidianæ febres.
Caput graue, facies tumida, lingua alba, mollis.
Saliua dulcis, inſipida, acida, multa: mucus multus per nares, palatum.
Coryza, branchus, catarrhus in pulmones & corpus reliquum.
Senſus hebetes, &c. pituitam in cerebro abundare ſignificant, vt ſequentia in ventriculo.
Saliua ſtomachi cum ſputo multo, aquoſo, lingua alba.
Appetentia deprauata, vt canina.
Appetentia acidorum, acrium, coctio imbecilla, tarda.
Ructus acidi, nauſea ſumpto cibo, & grauitas maior.
Iuuatur calidis, læditur frigidis.
Sudor in ſtrigili, linteis albicans, inſipidus.
Vrina alba, pallida, nunc tenuis, nunc craſſa, turbida. 1. ad Glauc.
Deiectio pituitoſa, frigidior, humidior, cruda, aquoſa, alba, mucoſa, lenta. 1. ad Glauconem.
Natura cachectica ſponte ſua etiam ex euchymo alimento pituitoſum gignit humorem.
Tolerandi purgationem per medicamentum phlegmagogum facilitas.
Omiſſa conſuetudo ſpontina pituitam vacuandi, vel aquis naturalibus, laconico, exercitatione, medicamentis ſumptis & admotis purgantibus, digerentibus ſudorem, vrinam cientibus.
Somnia aquarum, pluuiæ, niuis. Ariſt. lib. de ſomno.

Signa pituitæ ſalſæ ob putredinem, vel miſtam bilem flauam, ex ſapore ſalſo ſanguinis, per dentiſcalpium vulnerata vena in os effuſi, prurito, colore, calore, præcedente victu, ſcabie ſunt manifeſta.

Signa ἰχώρων .i. aquoſorum & ſeroſorum excrementorum ex his ſunt manifeſta.

Signa flatuum, calorem imbecillum & pituitam, & cibos flatulentos:

www.libtool.com.cn

vt caſtaneas,fabas,paſtinacas,napos,ferè ſequentium:& vaporum,c lorem vaporoſum ſequentium , quos ambos prætereà indicat dolo tenſiuus tantùm (niſi calor vaporis etiam mordeat) vagus, turgidus citò natus,& citò deſinens, tactui multùm cedens: Tinnitus, ructus rugitus, ſtrepitus , crepitus, borborigmus auditi: Volatus corpori per ſomnum.

Signa horum humorum ſæpe variant, vt quædam etiam pugnare vide antur, quòd humoris etiam ſolius magna eſt per magis & minus va rietas: adhæc miſtorum ipſis humorum aliorum non eadem in omn bus eſt menſura.

Signa bilis flauæ

- Animi dexteritas,& prudentia. Galenus in natura humana.
- Præceps ad omnia,ingenio perſpicaci,aſtutus,fallax,liberalis,ſa pe & prodigus,iracundus,audax & temerarius,vindictę appe tens,& vltor acer iniuriarum,glorię appetens.
- Celeris incrementi,hirſutus. Secundo temperam.
- Siccus,macer,gracilis. Aph.6.lib.4.
- Color oculorum,faciei totius,pallidus,rufus,flauus,qualis icteri corum.
- Puſtulæ bilioſæ,aut eryſipelata corpore toto,vel multis in parti bus.
- Febres tertianæ,aut ardentes,crebræ,& magnæ.
- Natura bilioſior .i. calidior,ſiccior,& quę ſponte ſua etiam ex eu chymo alimento bilem flauam adurendo ſanguinem & chyli procreet.
- Aetas iuuenilis,quæ omnium eſt bilioſiſsima. Gal.
- Exercitatio celeris,robuſta, vehemens, multa, frequens in æſtu, per ieiunium,aut cum cibo pauco,calido,ſicco.
- Vigiliæ,mœrores,curæ,cogitationes magnæ,multæ,longæ.
- Inquietudo,etiam per ſomnum leuem: cætera victus ratio per c bum,potum paucum,rarum,calidum,ſiccum,rufum , & natur bilioſum.
- Facilitas tolerandi purgationem per medicamētum cholagogū
- Omiſſa conſuetudo bilem vacuandi ſpontina,medicamentis pu gantibus,vomitu,deiectione,vrinis,ſudoribus , balneo, & ca teris.
- Ferre inediam non poteſt ſine noxa , & periculo magnorū morborum. lib. meth. 8.
- Delectatur & bene habet frigidis ſumptis,& admotis,vt aëre hyberno,vento. Aph.6.lib.3.

www.libtool.com.cn

Pulſus magnus, vehemens, velox, frequens, durus.
Vrina flaua, ignea, mordax.
Sudor flauus in ſtrigili, linteis: amarus, aut ſalſus ſudãti percept^a.
Deiectio bilioſior, flauior, acrior, & ceu vrẽs, pinguis, torminoſa.
Appetentia cibi deiecta, vt nobis æſtate, lib. Sympt. 4
Sitis vehemens, quæ frigidis ſedatur.
Morſus aliquis in ventriculo.
Os & ſtomachus amaricant, ſaliua & ſputum amara.
Vomitus bilioſus, nunc flauus, nunc viridis, amarus.
Sudor bilioſus initio, ceu pungantur acubus horreat.
Lingua ſicca, aſpera.
Mucus narium paucus, pallidus, rufus.
Lippitudo, oculorum ſimilis.
Aurium excrementum bilioſum, multum.
Dolor in dextra fronte frequens.
Somnia ignis, incendiorum.
Integer & grauis eſt homo. Gal. in nat. hum.
Malignus interdum, vt etiam ſibi mortem conſciſcat.
Inuidus, fraudulentus, auarus, parcus, ſoluere lentus.
Timidus, mœſtus. Aph. 23. lib. 6.
Taciturnus, lachrymabundus, cogitabundus, ſolitarius.
Ingenioſus. Problematum. 1. ſect. 30. Ariſt. immoritur ſtudiis.
Propoſiti tenax, iratus, ægrè placatur.
Color palpebrarum pręcipuè inferioris, & totius corporis fuſcus, vireſcens.
Corpus totum emaciatum, venis latis, hirſutum, nigrum, ſæpè rufum & flauum, ſequente multo labore, curis, victu tenui, vigiliis.
Vigiliæ & inſomnia, aut ſi ſomnus adeſt, leuis eſt, & plenus ſomniis turbulentis, terribilibus, à ſomno excitantibus.
Morbis melancholicis aut nunc aut aliàs ſæpe infeſtatus, vt puſtulis nigris, cancro elephante, alphis nigris, febres inordinatę, quartanæ, quintanæ, ſextanæ, ſeptimanæ, octanæ, nonanæ affligant. Hippo. & Gal. in prorrheticis.
S Varicibus nigris, melancholia morbo, mentis delirio: cui ira, temeritas, immanitas iungitur: lienis duritie, tumore, dolore graui laborat.
S Temperatura melancholica natiua, vel acquiſitiua.
S AEtas declinans, vitæ conditio triſtis, & literatorum & ſtudiis addictorum.

Signa bilis atræ ſiue melancholiæ

Autumnus inæqualis ſtatus, eodem die, nunc calidus, nunc frigidus. aph. 4. lib. 3.

Exercitatio qualis bilem gignit, ſed diuturnior, & etiam autumno, & cum ſudore multo.

www.libtool.com.cn

Pulſus paruus, tardus, rarus, ſubdurus.

Vſus multus & frequens alimentorum ſanguinem melancholicum gignentium, vt caprinę, hircinæ magis: bubulę, taurinę magis: apruginæ, ceruinæ, leporinæ, aſininæ, maximè camelinę, caninę, vulpinæ: ſalſarum carnium animalis terreſtris, aut piſcis magni, vt thunni, balænæ, canis, vituli marini, delphini, & cęterorum cętaceorum oxalme conditorum. Panis nigri furfuracei ex typha & vitioſis ſeminibus: vt vicia, lentes maximè in leguminibus, braſsicæ propè ſolius in oleribus: caſei veteris, vini craſsi, nigri, cereuiſiæ, germinum tenerorum terebinthi, lentiſci, rubi, caniſrubi: quibus acceſsit corpus calefactum febre ardente, ætate florente, ęſtate.

Vrina nigra, fuſca, craſſa: interdum liuida, vireſcens: interdum rubra ſed obſcura: interdum alba, tenuis.

Sudor niger in ſtrigili, acidus odore & ſapore, paucus.

Deiectio nigra.

Sputum paucum.

Facilitas tolerandi purgationem per medicamentum atram bilem vacuans.

Omiſſa conſuetudo ſpontina melancholiam vacuandi, per hæmorrhoides, menſes, aut alium meatum: aut medicamẽtis deiectoriis, vreticis, hydroticis, balneis dulcibus.

Sanguis vena ſecta, vel aliter diuiſa, excretus niger, concretu facilis.

Ructus acidus, acer, & mordax interdũ, ardor in ore ventriculi.

Appetentia corrupta, interdum canina, vt à pituita.

Tenſio hypochondrij ſiniſtri, & interdum dextri in hypochondriaca paſsione.

Oculi limpidi, lucentes, aſpectus fixus & terribilis.

Dolor grauis capitis, præcipuè ſiniſtri.

Color menſtruorum in panno fuſcus: & alius aliorum humorum. Hipp. lib. de muliebribus morbis.

Somnia terribilia, vt mortis, cadauerum, ſepulchrorum, cruciatuum, demonum nigrorum.

Humores hi non modò dum ſingulatim augentur, vel minuũtur,

vel qualitatem præter naturam induunt, vel à miſtionis modo recedunt, morborum cauſſæ ſunt internæ: ſed etiam dũ omnes ſimul aucti ſunt in corpore, ſeruata tamen cuiuſque proportione: vt ſanguinis plurimùm ſit incrementum, pituitæ minus, bilis flauæ quàm pituitæ minus, melancholiæ minimum: quod ſanguinis reliquos humores complexi incrementum plethora, id eſt, plenitudo dicitur, morborum plurimorum cauſſa. vt Gal. lib. de plethora.

www.libtool.com.cn

**Signa plenitudinis**

- Supra vires, facultatũ noſtrũ corpus gubernantium imbecillitatẽ vel robur indicãt, ab illis actiones læſæ vel integræ.
  - Animales
    - Grauitas partium ſenſu tactus præditarum.
    - Senſus omnes obtuſi, hebetes, turbulenti.
    - Pigritia ad motiones. lib. 4. ſanit. tuendæ.
    - Imaginatio, cogitatio, memoria læſa.
  - Vitales, Pulſus inequalis in vna diaſtole. li. 2. de cau. pul.
  - Naturales,
    - Nutritio imbecilla, deprauata, abolita.
    - Color corporis à florido alienus.
    - Venarum corporis etiam paucum ſanguinem continentium imbecilla attractio, retentio, coctio, expulſio.
    - Appetentia naturalis & animalis proſtrata, aut parua etiã inani, aut pauca continente ventriculo.
    - Vrina cruda.
- Ignauia, & ad motus pigritia. lib. 2. ſanit. tuendæ.
  - Actiones reliquæ animales ceu copia oppreſſæ, hebeſcunt.
  - Grauitas repleti corporis, & tumor, rubor, calor. lib. 9. meth.
  - Laſſitudo tenſiua, ſpontina, continua, quia tunicæ vaſorum immodica repletione tenduntur: à qua vaſorum ora obſtruuntur, & ſæpe magna vi aperiuntur, & rumpuntur. aph. 2. lib. 1.
  - Appetentia deiecta vtraque, ventriculo, & vaſis, & corporis habitu alimento plenis.

- Supra vaſorũ capacitatem
  - Vrina craſſa,rubra.
  - Pulſus plenior ob ſanguinem,vel ſpiritum,vel vtrunq;.
  - Somnus grauis,multus.
  - Fluor ſanguinis è naribus,gingiuis, etiam leui attactu.
  - Pruritus loci,ex quo ſanguis mitti ſolet.
  - Bona corporis habitudo,&c. omnia ſanguinem bonum in corpore auctum ſignificantia,ſi plethora eſt:vel aliquem ex humoribus aliis, ſi cacochymia.
- Vtriuſq; ſimul
  - Miſta amborum ſigna,& quæ vtrique ſunt cõmunia,vt
  - Grauitas & ſegnitia,longè maiora adſunt.
  - Somnus multus,moleſtus,& laborem faciens.
  - Pandiculatio,& oſcitatio multa.

www.libtopl.com.cn

Harum quantitatem oſtendit ſymptomatum multitudo & magnitudo. Qualitatem verò,ſeu à quo humore vel vapore fiat,color in cute externis aliis affectibus libera:calor item calidos, frigus frigidos ſuccos replere ſig. & tumorum humores ſingulos ſequentium ſpecies. Sunt item hæc ſigna,vt plenitudo alterutra,vel vtraque,in toto corpore,vel partibus,præſertim principibus.

- Curatur plenitudo
  - Ad vaſa
    - Sine febre
      - Phlebotome,ſanguiſugis,cucurbitulis,frictione, medicamento purgante,digerente, exercitatione, balneo crebro,inedia.
    - Cum febre,Phlebotome,purgatione,inedia.
  - Ad vires,phlebotome,niſi crudus ſuccus ſit per corpus collectus,libro de phlebotome,& aliis plenitudinis quantitati & qualitati contrariis.

- 1. Læſa actione
  - Animali
    - Principe
      - Imaginatione.
      - Cogitatione.
      - Memoria.
    - Senſifica
      - Viſione.
      - Auditione.
      - Olfactione.
      - Guſtatione.
      - Tactione.
    - Motoria,motu voluntario, vt reſpiratione : de qua in ſignis affecti thoracis.
  - Vitali,id eſt,pulſu,ſeu diaſtole & ſyſtole cordis & arteriarum: de qua in ſignis cordis affecti.

Signa partiū iam ægrotantiū ſeu affectarum, internarū ſimilariū, ſed pcipuè organicarū, ſumuntur ab

- Naturali
  - Attractione idonei alimenti, vel aliter familiaris.
  - Retentione eiuſdem ad tempus legitimum.
  - Concoctione alimenti, ſanguificatione.
  - Expulſione alieni, quantitate, qualitate, vtraque.
- 2. Adhærentibus parti affectæ.
- 3. Excretis per meatū naturalem, aut pręter naturam
  - Propria partium eſſentia.
  - Seu in ſpatio contēta, ſecundū aut præter naturam.
- 4. Propriis cuique parti affectę ſymptomatibus & affectibus, vt
  - Pica ſeu malacia mulierum ſtomachi.
  - Cibi faſtidium, ſtomachi affecti ſignum eſt.
  - Hæmodia, dentium ſtupidorum eſt ſignum.
  - Suffuſio oculos ſignificat affectos.
- 5. Dolore, & doloris proprietate.
- 6. Situ & connexu partis, &c.
  - Supremo, inferno.
  - Dextro, ſiniſtro.
  - Antico, poſtico.
  - Externo, interno: & in his
  - Sublimi profundior.
- 7. Natura & eſſentia partis.
- 8. Colore vitioſo partis, totius, excrementi.
- 9. Iuuantibus lædentibus (ſumendis, admouendis, educendis, faciendis) partem affectam: affectum per ſe, vel per accidens.

A corporis habitudine vel partis. nam ſi quis toto corpore, aut parte aliqua eſt obeſior, vel gracilior, vt lædatur actio aliqua: morbus eſt totius, vel partis: de quo lib. 14. methodi: vt de obeſitate & gracilitate, neutro ſtatu. lib. 6. ſanit. tuendæ.

A parentibus. quas enim partes vt cerebrum, articulos, oculos, pater, mater habent imbecillas, filij ferè ſeruant, ſiuè quòd ſemen ex toto corpore profluat, vt quidam volunt. Ariſt. probl. 16. & 32. ſectionis 4. ſiue quòd patrum in natos abeunt cum ſemine mores, & tam cor-

poris

www.libtook.com.cn

poris quàm animi affectionem quædam ſeminaria.

Ab ætate.vt pueri dentiendo dolent,fluxione in dentes rarò dolent, exortu genuinorum ad finem pubertatis dolor vehemens, gonorrhæa vaſis ſpermaticis conuulſus,aut imbecillibus ante vſum venereorum:vt nec podagra pueri olim laborabant:vti nec vrinę aut deiectionis incontinentia grandes natu ob retentricis robur laborant.

www.libtool.com.cn

A ſexu.vt qui morbi vtero accidunt,aut lacti mammarum,ſunt mulierum proprij:vt viri in barba,& pudendo vitia quædam habent propria.

A conſuetudine ægrotandi hac vel illa parte magis.

A partibus anni.vt quòd hac vel illa parte:morbis his,illis,hę vel illę partes,& ætates magis tenentur.vt lib.3.Aph.paſsim.

A regione.vt lichenes Italię ignoti ante principatum Tiberij Claudij Cæſaris:& Scytharum Narbonenſium, & aliarum gentium quidam morbi ſunt peculiares.Hipp.de region.

A victus genere. vt melancholici cibi aut pituitoſi totam corporis ideam in leuce,elephantia,vel partis in alpho albo,nigro, transformãt tandem,ſi corpus in hæc vitia eſt naturâ vel alia occaſione paratum,lepus marinus,pulmones, cantharis ſumpta veſicam vlcerat: cicuta cum vino ſumpta ſtatim cordis calore extincto,lethalis eſt.Cibi craſsi & lẽti renibus aut veſicæ calidioribus calculum affigunt.

A vitæ ſorte.vt acupictores tenuiſsimum filum ducentes oculis ſunt imbecillis.Infectores phthiſi periclitantur. Deauratores, & typorum fuſores, tremore.

A morbis totius, vel aliquarum partium popularibus. vt ſi anginæ nunc ſint multæ,& huic dolet larynx, ſuſpecta eſt angina: & pleuritis, ſi dolet latus,& pleuritici plerique fuerint.

A cauſis externis.vt cui perfrigerata eſt ceruix à madido pluuia pallio,& vehementi vento nerui 4. ex ſpinæ initio ad cutem capitis muſculoſam diſtributi ſenſum & motum perdiderũt,ſanati ſunt calorificis ſpinæ primariò affectæ admotis,non capiti ipſi. Et natatio in ſtagno, vel potus aquæ hirudinoſæ, hirudinum in naribus & ventriculo ſuſpitionem auxit in ſaniei cruentæ ex his partipus effluuio.

A ſomnio,quod alibi fuſiùs.fol.45.46.

- Partis vnius affectæ, vt
  - Deiectione inuita ſphinctere ſedis reſoluto, vel diſciſſo.
  - Mictu inuoluntario ſphinctere veſicę ſimiliter affecto.

- Signa partium affectarum ſumuntur à
  - Læſa actione vna
    - Partiũ ſimul pluriũ affectarum, vt
      - Reſpiratione, vel voce læſa vna, vel pluribus, vel omnibus partibus reſpirationi & voci ſeruientibus leſis, vt diaphragmate, thorace cum ſuis muſculis, pulmonibus, aſpera arteria, muſculis octo epigaſtrij, vel his quæ cum nunc dictis mouẽtur: de quibus poſteà in læſa reſpiratione.
      - Deiectione læſa quibuſdam, vel omnibus eam iuuantibus læſis, vt inteſtinis, muſculis octo epigaſtrij, diaphragmate.
      - Atrophia totius ventriculi, inteſtinorum, meſaræi, hepatis, venarum, ſingularum partium.
      - Actione naturali, vel aliquibus, vel omnibus læſis.
  - Leſis actionibus multis
    - Partis vnius affectę, vt
      - Viſione, & oculi motione ſimul læſa.
      - Guſtatione, tactione, motione linguæ ſimul læſa.
      - Tactu& motu muſculorum, vel tendonũ.
      - Attractione, retentione, coctione, expulſione ventriculi, vel alterius partis ſimul læſa.
    - Partiũ ſimul pluriũ affectarũ vt
      - Animali, vitali, naturali omnium corporis partium his actionibus præditarũ læſa in febribus omnibus magis & minùs pro febrium in ſua eſſentia & ſupra vires magnitudine.
      - Tactu & motu leſo in dimidio corpore, per paralyſin.
      - In toto corpore, per apoplexiam.

Tactus & motus multi partium ſimul multarum interdum lædũtur, muſculis partium illarum omnibus à cauſa aliqua communi læſis, vel neruo aliquo muſculis illis omnibus communi læſo.

- Actio inſtrumenti læditur affecta
  - Parte ſimilari, à qua fit actio.
  - Parte ſimilari ad actionẽ vtili, id eſt,
    - Per quàm meliùs } Fit actio.
    - Sine qua non } Fit actio.
    - Per quam cæteræ conſeruantur, id eſt, nutriuntur, viuunt, muniuntur.
  - Inſtrumento ipſo.

Omnis hæc partium vtilitas ad actionem, læſa. i. debilis, deprauata, abolita, partem affectam, & affectum vti actio, indicat. Ob id in ſingulis inſtrumentis æſtimandum eſt quantùm ea recedant ab integra&

www.libtool.com.cn

perfecta vtilitate, declarata in lib. facul. natu. & de vſu partium.

Adhæc actio læditur, non modò læſis eam efficientibus, vel ei commodantibus partibus, ſed etiam connexis, & illarum actione motis: vt reſpiratio læditur affecto ventriculo, hepate, liene, quia hæ partes cum diaphragmate reſpirando, mouentur, & recto inteſtino, vel vtero inflammato, fit ſtranguria, id eſt, vrinæ ſtillicidium. Aph. 58. lib. 5.

www.libtool.com.cn

2. Ab adhęrentibus, ſeu parti affectę adnatis, vt

- Ichor, id eſt, ſanies ſeroſa, liuor, oſsis ramenta quædam & aſperitas, oſſis cariem declarant in vlcere.
- Ceu lucernarum fungi, cranio fracto adnati, læſam meningem ſignificant.
- Spuma in ſanguine per os excreto cũ tuſsi, pulmonis vas aliquod læſum ſignificat. Aph. 13. lib. 5
- Furfuracea hypoſtaſis cum vrina excreta vel ſcabie, veſicam laborare ſignificat, vel genus venoſum, & in eo ſanguinem aduri à flammea febris caliditate. Aph. 77. lib. 4.
- Ceu granula quædam in lingua, elephantiam ſignificãt.

3. Excreta per meatum naturalem, vt aures, oculos, nares, os, gulam, guttur, ſedem, collum vteri, veſicæ, poros corporis, aut præter naturam, vt vulnus, vlcus.

- Propria partis ſubſtantia ſoluta, vel diſſecta vt
  - Bronchia parua, Vaſa magna, Caro mollis, rara: Pulmonem eroſum ſignificant, qua roſione aucta cũ parte pulmonis multus ſanguis excernitur ſpumoſus. Aph. 13. lib. 5.
  - Bronchia magna, Vaſa parua.: Aſperam in collo arteriam eroſam, putrem.
  - Magna & craſſa tunica, craſſorum; Parua & tenuis tunica, tenuium: Inteſtinorum vlcus. i. dyſenteriam deiecta, ſignificat.
  - Craſſa & viſcoſa tunica, epiglottidem aut laryngẽ.
  - Tenuis & glutinoſa, aſperam arteriam, vel œſophagum, vel ventriculũ eroſum ſignificat: ſed illa tuſſi, hæc vomitu reiicitur.
  - Membranoſa hypoſtaſis, veſicæ vlcus ſignificat Aph. 81. lib. 4.
  - Furfuracea contẽta, veſicę ſcabiem. Aph. 77. lib. 4.
- Carnoſa hypoſtaſis, renum vlcus ſignificat. Aph. 76 lib. 4.
- Furfures, caput plenũ prauis ichoribus ſignificant. lib. 2. comp. phar. ſe. part
  - Lippitudo multa inſolens; Mucus naſi multus, tenuis & crudus, vt in coryza: Affectum cerebrũ ſignificat.

www.libtool.com.cn

Res contenta in ſpacio ſecundum naturam, vt

Sordes aurium copioſior, vt quæ deiectiones bilioſas finit, aurem læſam ſignificat. aph. 28. lib. 4.

Vrina per vulnus aut vlcus reddita, veſicam, vreteres, renes diſciſſos ſignificat: ſed quæ harum ſit, ſitus, & alia oſtendunt.

Vrinarum in ſubſtantia & contentis differentiæ affectus varios venoſi generis, & viarum vrinariarũ ſignificat, quorum multa in ſignis prognoſticis audies, & paſsim.

Stercus per vulnus excretum, vel in vulnere ſtercoris odor, pertuſum inteſtinum ſignificat: ſtercus variũ, varios ventris inferioris, & interdum corporis totius affectus ſignificat. vt lib. 2. progn. dicemus.

Sputum partium ſpiritalium, vt thoracis, pulmonis diſpoſitiones ſignificat, de quo ibidem.

Abortus, vteri affectus interdum ſignificat. vt aph. 45. lib. 5. acetabula vteri mucore plena ſignificat.

Lac è mammis grauidæ multum fluens, fœtum imbecillum ſignificat. aph. 52. lib. 5.

Semen viri aut mulieris ſpontè fluens, vt in gonorrhęa, aut liquidius, vaſa ſpermatica affici ſignificat.

Menſes largiores, parciores, decolores ſæpe affectum vterum ſignificant aph. 57. 60. 61. lib. 5. & 2. lib. 6. Sic hæmorrhoides. vt aph. 11. & 12. lib. 6.

Cibus potus, chylus per vulnus excreta ventriculum, chylus etiam inteſtina tenuia perfoſſa oſtendit: diſtingues autẽ ſitu vulneris & aliis, ructus, ventriculum, crepitus, intẽſtina.

Omentum, vel inteſtinum, vel hepatis lobus, aut portio aliqua partium aliarum ventris per vulnus prodiens, perfoſſum peritonæum ſignificat.

Spiritus per vulnus expirando efflatus, vel pulmonis lobi portio per id excidens. thoracem perfoſſum ſignificat.

Cerebri portio per vulnus capitis apparẽs, perfoſſum cranium cum meningibus ſignificat.

Sanguis calidior, tenuior, flauior cum diaſtole per vulnus exiliens, arteriam vulneratam ſignificat.

Diuerſus ab hoc calore, conſiſtentia, colore excretionis impetu, venam. Ergo hęc quatuor locum affectum

3. Excreta res, contenta in ſpacio aliquo

Secundum naturam anatome cognita

aliquando declarant, etiam ſi in ventrem aliquem effundatur, vt aphor. 20. lib. 6.

Sanguis per tuſsim reiectus quam partem læſam ſignificat, dicetur poſt in ſputo ſanguinis.

Sanguis per nares aut palatum reiectus percuſſo valenter capite, meningem, aut ſaltem eius vaſa læſa ſignificat. Per vrinas, renes, vreteras, veſicā vrethrā læſam ſignificat. Aph. 57. 78. 80. 81. lib. 4.

Præter naturam

Calculus, pus, ex renibus, veſica, vreteribus. aph. 75. li. 4. ſed à quo horum ſit. Aph. 58. lib. 5. Pus etiam ex aliis partibus.

Arenoſa hypoſtaſis calculum veſicę aut renũ ſignificat. aph. 79. lib. 4.

Veluti capilli, ex renibus ſunt. aph. 76. lib. 4.

Lumbricorum genus triplex, ex inteſtinis.

Flatus ructu, ex vẽtriculo: crepitu, ex inteſtinis excernitur: ex meſaræo, vtero, veſica, rarius.

Pus ex pulmone, thorace. Grando indidem, & ex ſinibus in ſummo larynge binis.

Grumus ſanguinis, vel alius humor moleſtus ex his vel aliis partibus excretus, ſiue in his præter naturam ſit genitus, ſiue aliunde affluxit.

Idem excrementi genus ſequitur diſpoſitiones morboſas ſolas, vel ſemper, vel magna ex parte.

Calor mordax cutis totius per febres putridas.

Expiratio calida per febres præcipuè cũ pleuritide, aut peripneumonia: expiratio putris & graueolens, à pulmone, ventriculo, faucibus, ore, naribus.

Inſenſilis tranſpiratio, ſudor.

In his excretorum differentiis, tempus excretionis, & excretæ rei magnitudo, numerus, frigus, calor, odor, color, figura, ordo, miſtionis modus, obſeruata, locum affectum etiam diſtinguunt: vt ſi vlcus eſt in inteſtino recto vt per tineſmum, vel meatu vrinario, poteſt pus & ſanguis etiam ſine ſtercore & vrina exire. aph. 75. lib. 4.

Conſueta excretio ſuppreſſa: vt per febres putridas, prohibita trāſpiratio: vt in iſchuria, & aliis excretionibus, vel ſpontinis, vel medicis, ad excretionem læſam reducitur.

Excretio, aut ſaltem prominentia fit aliquando extra cutem interdum ſub cutem, vt in ecchymoſi, & hypoſphagmate, & hypochyſi ſub corneam.



www.libtool.com.cn

4. A propriis cuique parti affectę ſymptomatis & affectibus, vt

- Cerebri, phrenitis, epilepſia, apoplexia eſt affectus proprius.
- Ozæna, polypus, narium.
- Suffuſio, argema, glaucoma, oculorum.
- Columella Aëtio, vua etiam Galeno, gargareonis.
- Cynanche, muſculorum laryngis.
- Malacia mulierum, rarò virorum: bulimos, fames, ſitis, vomitus, nauſea, ſingultus, ructus acidus, fumoſus, cibi faſtidium, ventriculi.
- Deiectio ſimilis loturæ carnium recèns mactatarum, hepatis imbecilli eſt ſignum.
- Hydrops omnis, fruſtratam ſanguificationem hepatis ſignificat.
- Rubor maxillarum, peripneumoniam.
- Dolor lateris punctorius cum ſignis cęteris, pleuritidem ſignificat.

Quæ doloris ſpecies cuique parti ſit peculiaris, & quæ aliis partibus eſt communis, diſtinguendum eſt ex cuiuſque partis natura, & aliis, vt quia viſcera ſenſu carent, non dolent: quia mēbranæ, adenes in vaſorum diuiſionibus, arteriis carent, pulſatorium dolorem nō ſubſtinent. Non omnis tamen dolorum proprietas poteſt declarari. Nam plerū que aliis nos credere oportet, quorum quidam propter imperitiam, aut animi languorem, quem doloris modum patiantur, explicare nequeant: alij poſſent quidem explicare, ſed affectus ipſe eſt ineffabilis. Nemo igitur omnium dolorum ſpecies ſcribere poteſt, niſi eos ſit paſſus, & medicus, aut alioqui perſpicax, qui quam doloris ſpeciem patitur, poſsit & comprehendere, & aliis interpretari.

Dolor triſtis ſenſus ſit ab impreſsione alterantium, vel ſoluentium in partem tactu præditam, cuius impreſsionis ſit apprehēſio. vt Aph. 61. lib. 2. li. 1. elementorum.

Alteratione ſubita ſeu intemperie inæquali

- Calfactione: vt in cephalalgia ab æſtu, phlegmone, laſsitudine, phlegmonode.
- Refrigeratione: vt dum partes à vehementi frigore affatim & violenter mutantur.
- Siccatione: vt febribus, ſiti, planta pedis, & palma manus calidorum hepate.
- Humectatio per ſe non dolet, ſed iuncta humori: & tunc facit tumorem præter naturam.

*Ca. 80 artis medic. & in diff. ſympto.*

Dolor fit ab
Solutione continui

Inciſione:vt in dolore punctorio,acuto.
Roſione:vt in dolore vlceroſo,lacerante.
Tenſione, vt in dolore tenſiuo.
Fractura:contuſione, vt in dolore graui & pulſatorio: quæ ſpecies ceu differẽtiæ propriè doloris,ſunt doloris proprietates his & his partibus peculiares, vt iam audies.

www.libtool.com.cn

5. Doloris ſpecies ſeu differentiæ

1. Punctorius ſiue fodicus figitur potiſsimùm in mẽbranis inflã-matis,ad eáſque propriè pertinet,vt in pleuritide,phrenitide. Acutus & pungens huic finitimus,cùm ceu acu,aut terebro perforãte,aut palo impacto pars diuelli videtur,vt craſſum inteſtinũ in colico dolore Galeniꝰ à pituita vitrea facto: & in quibuſdã cephaleis,& à calculo ꝑcipuè inęquali acuto,vel obſtructione,renũ capacitatẽ, vreterũ ortum,vaſa &tunicã renũ,hepatis, lienis cõflictante: q̃ ſuo loco diſtinguentur ex aliis. Hic autẽ dolor nec cõtinuꝰ eſt, nec ꝑ omnes partes æqualiter porrectꝰ. Stimulans item dolor in omnibus partibus ſentientibus ab humore eas mordaci erodente.

Vlceroſus huic ſimilis fit ab humore acri,tum cutim, tum partes imas vſque oſſa affligens, ſed obtuſior & remiſsior acuto, vti vlceroſo:pruriginoſus ad cutem tantùm fixus,ſed per accidens,id eſt,cutis denſitatẽ nõ primò & propria ipſius ratione & natura. Fitq; vt pruriginoſus,ab acri humore,ſed minùs, ob id vlceroſum præcedit,& ſolutum,ac quieſcentem ſequitur.

2. Pulſatorius fit cum diaſtole arteriarum, vel inflãmatarum, vel inflammatas partes comprimentium,contundentium, vulnerantiũ. Eſt enim ſymptoma inflãmationũ magnarum etiã ſine magnis arteriis,vel cũ magnis arteriis,& in parte ſenſu tactus prædita,vt muſculis,parte pulſatorio dolori expoſitiſsima. Solarũ enim eſt arteriarũ pulſatorius dolor ꝑ magnas phlegmonas(quales ſunt q̃dã initio,omnes in ſupputatione)ꝑ eryſipelata,abſceſſus,cũ dolore pulſantiũ,ob loci anguſtiã à vicina carne preſſarũ,&partẽ inflammatã ſentientẽ percutiẽdo premẽtiũ.Non eſt igitur pulſatorius dolor in peripneumonia,phlegmone hepatis,lienis,renũ,glandularũ ſcyrrho,œdemate:quia viſcera & tumores hi ſenſu carent. Non eſt in cute,nec pleuritide,quia cutis & mẽbranæ arteriis carent. Arteriæ autẽ intercoſtales, in profundo latent longè à tunica coſtali diſsitæ, quarum motum non ſentit pleuriticus, ergo nec eorum dolo-

rem, niſi inflammatio muſculos intercoſtales attingat.
3. Grauis.
4. Tenſiuus.

www.libtool.com.cn

5. Doloris ſpecies ſeu differentiæ

3. Grauis eſt, in quo partium grauitatem quandam ſeu ponderis partibus ſubiectis incumbentis, vel à ſuperioribus pendētis, ægri ſentiunt: vt pulmonis, hepatis, lienis, renum inflammatorum, ſi febris quoque adeſt, obſtructorum, vel ſcirrho affectorum: ſi febris abeſt, dolor fit grauis, quando horum carnoſa pars afficitur: acutus verò, vbi membranæ hæc viſcera ambientes, venę, arterię, cauitas renum, ortus vreterum inflammantur, vel obſtruuntur. Aph. 5. li. 6. Grauis etiam dolor cerebri à pituita & aliorum humorum copia, & oris ventriculi pituita, vel crudo ſucco, ceu luto, lapide, plumbo grauati, compreſsi, conſtricti.
Veſicæ ad perineum à calculo.
Grauitatis verò ſenſus eſt in partibus ſentiētibus, vt membranis, à quibus illa pendent, vel aliis quibus partes plenæ incumbunt, aliis atque aliis pro ſitu corporum vario.

4. Tenſiuus

Plethora, id eſt, plenitudine quando ſponte fit laſsitudo tenſiua, de qua lib. 4. ſanit. tuend.
Repletione, ſeu humore, vel flatu multo, vel vapore ſymptoma eſt commune phlegmonarum, eryſipelatum, & aliorum tumorum, præcipuè calidorum, in quibus etiam à calore fit dolor. In hiſque venæ, arteriæ, nerui ſic ſepe intenduntur, vt per totos artus ab inflãmato loco vſque alas, vel inguina, tēſio, rubor, calor, dolor, percipiatur pͨipuè ſi ſupficiales ſint phlegmone, & eæ partes tangantur. Nam in magna tēſione pars etiã non mota dolet: in leuiore, mota tantùm & tacta. In pulmonis, item, hepatis, lienis, renum tumoribus, membrana ambiens tenſa dolet, & cutis extima, omnes membranæ, glandulæ etiam maximè inflammatę, tenſione dolent à multo humore intra ſe cōtento: vt veſica vrina plena per iſchuriam: vterus, fœtu grandiore: ventriculus, cibo largiore diſtentus. Eſt autem quando tendens & comprimēs humor eſt extra, partem tenſam: vt in aſcite & tympania tenſum peritonæum, cutem & thoracem tendit. Carne etiã contra naturam tenſa, ſed minùs neruis & vaſis dolor fit tenſiuus, & lacerans ac diuellens ob membranas per carnem mediam plurimas inæqualiter inſertas, & eam quoque circundãtes.
Siccitate, partium eſt inanitarum à cauſſa aliqua externa, in

terna,per ſe,vel per accidēs vacuāte,vnde nerui vt fides cytharę,vt repletione ſic inanitione valēter verſus principium & finem tenduntur interdum vſque ad caput:túncque fit totius corporis conuulſio & diſtēſio,non antè futura,quàm nerui tenſio cerebrum attingat. Fieri autem poteſt hic dolor tenſiuus vterque in omni parte ſentiente,cùm aliæ dictæ dolorum ſpecies quibuſdam partibus accidant,quibuſdam non.

Multa exercitatione,ꝑ quā fibræ muſculorū ſupra modū tenſæ,etiam ſi nunc per quietem deſinant tendi, tamen ceu tenſæ adhuc ſentiuntur. Hic in totos cadit muſculos, vt etiam carnes eorum attingat.De hoc lib.3.ſanit.tuendæ. *Dolor.*

Sunt aliæ quædam dolorum ſpecies per quaſdam prędictarum differentiarum diſtributę,vt *1.Profund⁹*

Dolor profundus ab accidente dictus, quòd partium ſit in profundo ſitarum:vt tenſiuus, neruorum ſub arteriis & venis conditorum:pulſatorius tenuis meningis, & magis eo choroidis in finibus inflammatæ.Punctorius,& etiam tenſiuus à plenitudine,frigore,labore magis perioſtij. In quo etiam oſſa dolere quibuſdam videntur, vnde oſtocopi, id eſt,oſsium dolores,& labores à multis dicantur:ſúntque omnes profundi,vt etiam punctorius pleuritidis. *2.Sublimis.*

Contrarius eſt ſublimis ſeu ſuperficiarius, vt tenſiuus tendonū digitos extendentiū & flectentiū,ſpulſatorius muſculorū intercoſtalium inflāmatorū. Aph. 5. & 7.lib.6. Dolor pericranij,& cutis,ac partium ei propinquarū,ſublimis eſt. *3.Latus.*

Dolor tenſiuus membranarum eſt ſparſus ſeu latus,& ęqualis, quòd earum corpus latum eſt ac æquale. *5. Aequalis.*

Interdum inæqualis ac diſsimilis per accidens:per accidens, quia partes ſibi continuas & vicinas tendit affecta pars membranæ, in eíſque tenſio dolorem excitat maiorē quàm in membrana,ſi acutiore ſenſu ſunt præditæ. mitiorem,ſi obtuſiore. Hinc in pleuritide ſuperiore dolet iugulus, porrecta ad eum membrana ſuccingente coſtas, vt ad hypochōdrium,quod ob id dolet, dū pleuritis eſt inferior. *6. Inæqualis.* *4.Anguſtus.*

Dolor tenſiuus nerui eſt anguſtus,lōgus,circum ſcriptus non fuſus tenſis neruis verſus principium & finem in modum fidium citharæ:& venæ, & arteriæ proprius eſt dolor extenſus in ipſarū longū,ceu chorda quędā ſine grauitate.

7. *Fixus.* Dolor fixus & incohęrẽs, colicus interdum, vt in Galeno nephriticus magis. vt lib. 6. loc. affe. dentium molarium, oculorum, aurium: ſed harum præcipuè inflammatarum eſt cum pulſatione. Fixus autem non eſt proprius neruis vltrò & citrò magna ex parte tenſis: nec hepati conuenit: quia eius dolor ſi quis alius partes vicinas, vt iugulum, nothas coſtas in conſenſum trahit, & ſæpe ſpirandi difficultatẽ, interdum tuſsim & dyſenteriam affert, ergo eodem loco fixus non manet.

www.ltbtool.com.cn

Fixus etiam dolor ſinuum, id eſt, cauitatum inter partes antè coniunctas in quas fluxio recepta tẽſiuum & fixum, id eſt, ſuis limitibus circumſcriptum, nõ autem longo ſpacio porrectum dolorem facit, qui ceſſat humore excreto, niſi ambientia corpora ob magnam tenſionem diſpoſitione inflammatoria laborant.

8. *Turgidus.* Dolor turgidus à parte primariò affecta, velut ab radice celeriter in partes vicinas tranſfertur, vt in hepate, colo dolente, hemicrania, cephalæa, arteriis primariò affectis.

*ναρκώδης* Dolor torpidus ſeu ſtupidus nullius partis eſt proprius, nec doloris ſpecies, ſed eſt diſpoſitio partium neruoſarum, vt tenſiuus & torpidus membranæ cuti ſubiectæ, quæ vnà cum ipſa excoriatur, & venarum, arteriarum, membranarũ per carnem ſparſarum. Dolor enim ſtupidus res ſunt duæ, dolor & ſtupor: vt vlcus inflammatum, morbi ſunt duo, vlcus & inflammatio, non vna vlceris ſpecies.

Fit autem ſtupor, id eſt, ſenſus & motus difficultas à frigido aëre, medicamẽto, metu, cõpreſsione, torpedine piſce.

Hæmodia eſt dolor ſtupidus, ſeu ſtupor dentium & gingiuarum ab acerbis, auſteris. Dolor colicus licet ab ea parte quæ dolet, dicatur, nullum tamen ab eo indiciũ ſumi poteſt, quòd colum magis quàm inteſtinum tenue indicet dolere, ſed ex aliis ſignis ab aliorum inteſtinorum & nephritico dolore diſtinguendus eſt, de quibus pòſt ſuo loco.

Dolor
- Vehemens & magnus, vt
  - In magna pleuritide, præcipuè bilioſa multũ in qua & pungens eſt multum. Aph. 5. lib. 6.
  - Dolor etiã fortis vẽtriculi, inteſt. Aph. 7. li. 6.
- Mitis & puꝰ
  - In parua pleuritide, & ſanguin, aut pituitoſa.
  - Et ſi phlegmone eſt, magis in muſculis inter coſtalibus nec pungens eſt, lenis etiam in muſculis epigaſtrij. Aph. 7. lib. 6.

- Continuus, vt ferè in affectu, qui partis eſt proprius.
- Intermittens, vt ſæpe fit in parte per conſenſum affecta.
- Calidus, frigidus.

6. A ſitu
- Partis, vt
  - Si affectus aliquis eſt intus ſub hypochõdrio dextro, hepar: ſiniſtro, lienem affici ſig.
  www.libtool.com.cn
  - Si ad latera lumborum profundiùs, renes.
  - Si in pectine, intus veſicam læſam ſig.
  - Si adhuc profundiùs ſuper inteſtinũ rectũ in muliere, vterũ.
  - Forma partis ſeu figura propè eodem pertinet, vt ex ventriculo, vomitu aut deiectione vacuatio fit, quòd cauitatem habet cũ ore & ſede continuã: ob id exempla quædam ſitus, cõnexionis, & figuræ à Galeno in indicationibus confunduntur in methodo, & lib. 2. ad Glauconem.
- Tumoris, vt
  - Tumor durus ſub dextro hypochondrio, nota eſt affecti hepatis, non lienis: ſub ſiniſtro, contrà.
  - Tumor circumſcriptus & ſublimis in altero hypochondrio, vel abdomine, ad ipſius muſculos pertinet.
  - Tumor in latere ſenſui perſpicuus, calore, rubore, tẽtione, ad muſculos ſuperiores thoracis, vel intercoſtales externos, pertinet.
  - Senſui occultus, in tunica eſt coſtas ſuccingente, aut muſculis intercoſtalibus internis.
  - Tumor in pube circunſcriptus per iſchuriam, obſtructionẽ meatus vrinarij ſig.
  - Ab angina habito tumor in collo bonum: foras enim morbus fertur. Aph. 37. & 25. lib. 6.
  - Omentum os vteri comprimens in obeſis præter naturam. Aph. 46. lib. 1.
  - Mamma gracilis, fœtum imbecillum ſig. Aph. 37. 38. 53. lib. 5.
- Et cõnexione meat⁹, per quẽ fit excretio, vt
  - Membranoſa tunica excreta, vlcus eſſe aliqua in parte oſtendit: ſed in qua ſit ſitus & cõnexio meatus per quẽ excernitur, oſtendit. Nam reiecta.
  - Vomitu gulæ aut ventriculi, vlcus ſig.
  - Tuſsi aſperæ arteriæ.
  - Screatu, faucium.
  - Mictu, renum, vreterum, veſicæ, meatus vrinarij.
  - Deiectione, inteſtinorum craſſorum vel tenuium, pro ramenti quantitate, miſtionis modo, tempore excretionis poſt ſenſum torminum.
  - Per muliebria, vteri vlcus oſtendit.

Puris, Nã

In ilibus dextris tumor mollis in dextrum cubanti, cũ vrinis purulentis in ſiniſtrum vaneſcens, abſceſſum renum non hepatis lobi alicuius certò ſignificat, & ſub loco craſsiore, præſertim ſi craſſum eſt pus, non innoteſcit Aph.41.lib.6.

www.fltool.com.cn

Doloris

Vomitu reiecta membrana ventriculi, aut gulę, vlcus ſignificat: ſed dolor parte anteriore & inferiore perceptus ad hypochondria, vẽtriculi: ſuperiore & poſteriore ad metaphrenum, gulæ vlcus oſtendit: percipitur autem maximè dolor aliquo acri & mordente deuorato, ſi in ventriculo eſt: vel inter degluticndum, ſi in gula. Eodem modo, ſi vlcus in aſpera arteria eſſe oſtenderit, reiecta tuſsi membrana: inſpiratus aër frigidus (nã frigidum vlceribus mordax Aph.20.lib.5.) aut fumus vel fimi vapor, quâ parte mordendo dolorem excitabit, ibi vlcus eſt

Deiectione reiecta membrana vlceratum inteſtinum ſignificat, ſed tenue, dolor ſuprà perceptus: craſſum infrà ſub vmbilico ad pubẽ & ilia magis oſtendit. Nam vbi dolor, ibi morbus.

Dolor intra cranium profundus, extra ſenſui perſpicuus.

Dolores ventris ſublimes, id eſt, in muſculis epigaſtrij leuiores: non ſublimes, id eſt, profundi in ventriculo ſcilicet ac inteſtinis fortiores. Aph.7.lib.6.

Dolor in imo ventre, pectine, & perinæo, veſicam laborare ſignificat. Aph.80.lib.4.

Dolor ad ilia dextra profundus ieiuno annis 10. perceptus, lũbricos mihi bona fide inſinuauit, quibus peramara ſumpta & admota excretis, dolor omnino abiit.

Dolor ceu cinguli aſtrictioris ſub ventriculo, eſt in vaſe venoſo ad lienem.

Quâ corporis parte calor inſignis eſt, aut frigus, aut ſudor, ibi morbus eſt. Aph.38.39, & 48.lib.4.

Dolor grauis pulmonum, hepatis, lienis, renum, carnis: vaſorum autem, in eis & tunicarum dolor eſt tenſiuus, pungens.

Tunica craſſa excreta, eſt à craſsis inteſtinis: à tenuibus, tenuis: ab epiglottide & gula, viſcoſa: ab aſpera arteria, ſunt brũchia: à renibus, carunculæ.

Cor abſceſſum ferre nequit, nec inſignem refrigerationem, vti nec cerebrum. Gal.lib.de vſu partium, de vſu gargareonis, & li. de vſu pulſ.

Omnis intemperies inſignis, actionem lædit, cuius cauſſa effe-

ctrix, facultas in probo eſt temperamento.

7. A partis natura, vt

Partis omnis organicæ & ſimilarium propter organicam, vitiũ in magnitudine, numero, figura, ſitu, connexione, ſi tantum ſit, vt actionem lædat, morbum facit.

www.1bt.com.cn

Dolor tenſiuus, punctorius, pulſatorius, intra craniũ eſt in meningibus, aut earum vaſis, non in cerebro: quia id tactu caret, ſine quo non fit dolor.

Dolor profundus in latere punctorius ad membranam ſuccingentem coſtas; ſublimis pulſatorius ad muſculos intercoſtales arteriis vicinos.

Dolor in epigaſtrio leuis eſt ob carnem: in ventriculo, inteſtinis partibus neruoſis eſt valentior.

Dolor in oſtocopo eſt perioſtij, & incumbentium ei partium, non oſsium: quia non ſentiunt.

Dolor pulſatorius in odontalgia, vt Gal. probat lib. 5. comp. ph. ſ. p. ad dentes pertinet, quia hi oſsium ſoli ſentiunt. lib. 9. de vſu partium.

Dolor arthriticus ad tendones, membranas, aliáque corpora ſentientia articulis circundata pertinet, non ad oſſa, cartilagines, ligamenta, quippe quæ non ſentiunt.

Veſica diſciſſa, &c. Aph. 18. & 19. lib. 6 non coaleſcit, ob partis naturam, & alia quædam, ſunt inſanabilia eadem ratione. lib. 3. methodi.

Parte, vt

Oculis in hypoſphagmate, ictero, fluxu hæmorroidum, mẽſium.
Lingua in febribus, catarrho, ſaliua ſtomachi, ictero.
Alpho albo & nigro, vulgò morphea.
Scirrho albo, albedo: nigro, nigredo eſt ſignum.
OEdema patiente, albedo.
Phlegmonem, rubor: qui etiam à ſola intemperie calida eſt.
Cancrum, fuſcus color.

Lippitudine, Muco — Flauus, viridis, liuidus, niger color.

Sputo

Sanorum, color omnis excepto candido.
Flauus color diu perſeuerans, tabem oſtendit.
Pleuriticorum & peripneumonicorum pro morbi tẽporibus & cauſſa, color alius atque alius, vt in Prognoſticis pòſt dicemus.

www.libtool.com.cn

8 Calor vitioſus & à naturali mutatus in

- Excremento, vt
  - Vomitu: Pallidus, flauus, cruētus, porraceus, ęruginoſus, liuidus, niger color.
  - Deiectione, albus, flauus, viridis, liuidus, niger.
  - Vrina & vrinæ contentis, color quiuis ab ęgri natura, dum valebat multùm recedens.
  - Sudore, vt in vrinis, quādo amborū eadē eſt natura.
  - Menſibus, color quiuis præter quàm ruber: ob id mulieri menſes decolores, nec eodem ſemper tēpore excreti, purgationem neceſſariam oſtendunt, aph. 36. lib. 5.
  - Lacte ab albo, color omnis.
  - Semine & pure, color omnis pręter quàm albus, ne quis cum Herodoto putet, nigros æthiopes ob id eſſe, quòd eorum ſemē ſit nigrum, cùm omnium animalium debeat eſſe album. Ariſt.
- Toto corpore, vt
  - In ictero flauus: in ictero nigro, niger.
  - In hydrope plumbeus aut pallidus.
  - In leuce. i. vitiligine & leucophlegmatia.
  - In elephantia Grecorum, quę vulgò dicta eſt lepra.
  - In lepra & pſora Græcorum.
  - Niger, melancholico ſucco / Ruber, ſanguine / Albus, pituita naturali / Plumbeus, pituita cruda / Flauus, bile flaua: Corpus abūdare ſig. vt antè in ſignis humorum docuimus.

Odor præter naturam partis, totius, excrementi. aph. 81. lib. 4. & cōſiſtentia excrementi, & ſapor quorundam, vt lactis, ſudoris, pręter naturam etiam partem affectam indicat: ſpiritalem, ſi in ſputo ſit: vētris, inferioris, ſi in deiectione: venoſi generis, ſi in vrinis: cerebri, ſi in lippitudine ac muco: & eodem modo in cæteris, à quibus excrementum proficiſcitur, aut permeat, vel dolor, vel ſapor præter naturam.

Facilitas tolerandi vacuationem humoris alicuius noxij factā à natura, aut medico, eum humorem quantitate, qualitate, aut vtraque, aut loco alienum fuiſſe à natura oſtendit: difficultas contrà. vt Hippocrates in lib. de nat. humana. & aph. 2. 16. 23. 25. lib. 1. & aph. 23. lib. 4.

Si à morbo cibum aſſumens aliquis non corroboratur, aut copioſiore vtitur, aut vacuatione eget. aphor. 8. & 31. lib. 2. Quia nō

pura corpora quantò plus nutries, tantò magis lędes, aph.10. lib.2. Vbi cibus præter naturam copioſior ingeſtus eſt, morbum facit. aph.17. lib.2.

www.libtool.com.cn

Sedatus Galeno dolor colicus pituita vitrea excreta ſtatim à clyſtere ex oleo rutaceo, planè docuit eum dolorem ab illa pituita in inteſtinis fuiſſe craſsis (nam tardiùs & ęgrè ad tenue aſcendit clyſter, nec inde materiam niſi longo pòſt tẽpore detrahit) non à calculo alteri vreteri impacto, vt ex ſitu partis dolentis videri poterat.

Inſpiratus aër valdè frigidus, idémque multus, & expiratus, ſi iuuat, flammeam in thorace & corde diſpoſitionem, vt in febre ardenti, pleuritide, peripneumonia, ſignificat: ſi lædit, contrà.

Qui calorem ventriculi immodicum ſentiunt, cibo & potu frigido iuuantur: lęduntur calidis, inſpiratione frigida parùm iuuantur, vt illi potu & cibo frigido parùm refrigerantur. Omnis enim pars intemperata à ſimilibus ſuę intemperaturæ cauſsis, lęditur: iuuatur modico contrariorũ vſu. Gal. capite 23. artis medicæ, & aph.18. & 24. lib.5. naturæ quædam. bene ſe habent ad hyemem, &c. aph.2. & 3. lib.3.

A iuuãtibus & lædentibus

Morbos ex repletione curant vacuatio: morbos ex inanitione repletio, & aliorum contrarietas. aphoriſmo 22. lib.2.

Fomẽtum ex aqua calente oculis inflammatis admotum, in præſens iuuat, & affectum ſanat, ſi caput erat purum: ſi verò paulò pòſt fluxione nouata, dolor incrudeſcat, caput adhuc plenum, vacuatione egere ſign. aphoriſmo trigeſimoprimo lib. 6.

Eſt vbi diſtenſionem ſine vlcere frigidæ aquæ multa perfuſio, æſtate, iuuene bene carnoſo, per caloris reuocationẽ ſanat. aph. 21. lib. 5. Hæc duo per accidens & alterius interuentu iuuant.

Iniectus clyſter & admotum pubi dolenti fomentum in iſchuria recenti ſi dolorem ſedat, & vrinas promouet, ſuppreſſum fuiſſe lotium obſtructo meatu vrinario ab humore craſſo, arenulis, indicant hæc cum lotio excreta, nullo adhuc in pube circunſcripto tumore.

Vacuatus ex ventriculo vomitu bilioſus humor, dolorem capitis, aut viſa in oculis ficta ſi edat, indicatur hic humor cauſſa fuiſſe horum ſymptomatum, quæ illo præſente fiebant, abſente fieri deſinant. Ob id ęgros medici rogant, qualiter illos habuerint hæ vel illę vacuationes ſpõtinæ vel medicæ, &c. ſumenda, admouenda, educenda, facienda, vt ex eorum quæ iuuerunt vel læſerunt, naturali facultate coniectent, & affectus naturam, & quibus deinceps remediis ſit vtendum.

Cætera ſigna tam affectuum quàm affectarum partium fuſiùs tractanda non cenſui, veritus ne prolixitate odioſa diſplicerem, contentúſque in ſignis aliquot lectorẽ exercuiſſe. Sed iam omnia hæc in vſum aliquem ducamus.

Ex his patet paucas eſſe notas affectuum, quæ non ſimul partem affectam oſtendant: quinetiam notæ quędam communes affectum & affectam partem, aut affectus duos, aut duas partes affectas indicant. Sola autem affectuum propria ſunt ſigna, quæ ipſos per accidens ſequuntur.

Methodo vniuerſali de notis partium internarum affectarum, & affectuum vtcunque abſoluta, exercendus lector eſt in ipſis ſingulatim affectis partibus internis, & quibuſdam harũ affectibus noſcendis, præcipuè capitis, colli, thoracis, ventris inferioris: quia methodi cognitæ diſcipulum non perficiunt ſine varia in ipſis exercitatione per multa exempla. Fit enim exercitatio omnis, cùm particularia ſub eandem viam & rationem ducuntur, qua docendi ſpecie nihil eſt vtilius. Porrò exercitationis via in locorum affectorum notitia eſt duplex: vna ab apparentibus ſymptomatis, hac vel illa parte affecta agnoſcendis: altera ab ipſis partibus affectis per ſigna ſua cognoſcendis. Si quis verò vtraque via vult exerceri, eadem bis dicet, ſed nõ eodẽ modo. *Li.4.ca.8.*

*Initio.li.2.* Aut ſi mauis, in affectorum locorum notitia, tres ſunt exercitationis modi: Vnus circa partes ſingulas, vt affecto cerebro hæc, illa ſeorſum eueniunt ſymptomata: ventriculo affecto talia ſunt propria, collo affecto hæc, illa in reliquis ſimiliter. Alter circa cauſſas & morbos, vt phlegmones ſeorſum talia ſunt ſymptomata, ſcirrhi talia, refrigerationis talia, plenitudinis hæc, cruditatis ſeu ciborum corruptionis, illa. Tertius circa ſymptomata & horum cauſſas, vt hoc

doloris

doloris genus has diſpoſitiones oſtendit, vel has partes affectas: tuſſis has, vomitus, ſanguinis profluuium, fluor alui, conuulſio, rigor, horror, delirium hos morbos, aut has partes affectas, vt medico noſcenda ſint phyſiologia, pathologia, ætiologia.

www.libtool.com.cn

At quomodò qui arte dicit, locos omnes non ſemper excutit, ſed eos in quibus aliquid quod dictum oporteat, cõditum eſt: ſic partes affectæ non omnes ſunt per ſigna in omnibus his communibus locis, vt ab actione, ab adhærentibus, &c. quærendæ: ſed quædam partes affectæ ſola actione læſa, quædam ſine hac, ſignis aliis deprehenduntur. Ob id cùm in quibuſdam affectibus nulla alia Galeno via pateret, ſola actionis noxa ipſi ad affectarum partium inuentionem ſufficiebat.

Vitiata igitur actione aliqua, primùm ſemper veſtiga, an pars eius effectrix, vel aliqua alia vtilis actionis ſit læſa: deinde an primario, vel per conſenſum. Parte inuenta quæ primariò afficitur, morbi naturam quære. Pòſt ex vtriſque, partis ſcilicet primariò affectæ, & affectus natura, curandi indicationem ſume, inueníque idoneam quantitate & qualitate remediorum materiam, non omiſsis indicationibus ab ętate natura ægri, aëre, & aliis in methodo medendi per omnem morbi ſpeciem, deſcriptis.

Diſtinguẽdum autem tibi ſtatim eſſe primarium affectum, ab eo qui per conſenſum gignitur, hinc diſcas licet. Nam curaturus ſciat oportet, cui parti remedia ſint adhibenda. Adhibenda autem ſunt parti quę primariò laborat, non ei quę per conſenſum. Illa enim percurata, affectus per conſenſum factus deſinit, niſi parti cõſentienti factus ſit proprius. Tunc remedia non ſoli parti primariò affectæ, ſed etiam ei quę ex conſenſu permanentem ſortita eſt diſpoſitionem, ſunt applicanda. Vt cùm memoria, cogitatio, imaginatio omnis ſint principis animæ facultatis in cerebro conſidentis actiones propriæ (vt quę à nulla alia parte, vt inſtrumento fiant, quomodo ſenſio & motio eiuſdem facultatis actiones, organis vt fiant egentes ſenſoriis, neruis, muſculis) ſi harum aliqua lædatur, cerebrum ipſum lædi omninò neceſſe eſt affectu, vel primariò, vt in phrenitide, lethargo: vel per conſenſum, vt in delirio per febrem ardentem, putrente in corde flaua bile, per pleuritidem, peripneumoniam, & febrium vehementium vigorem. In illis enim cerebri affectibus primariis, cerebro: in his cordis feruoribus cerebrum lædentibus, cordi remedia ſunt applicanda.

Hanc verò animæ partem rationalem lædi ob ſuſcipientis eam corporis alterationem experientia docet: quomodo autem lædatur, inuentu difficile eſt, vt fracto cranio adacta vehementiùs terebra, & ob

id cerebrum comprimente, mox perit ſenſus omnis, & inflammato cerebro, aut vehementer vſto, mens læſa laborat, & ictus capitis vehementes, ſopor ſtupidus ſæpe ſequitur.

In quibus omnibus affectibus & ſimilibus aliis multis etiã vulgares capiti remedia adhibent.

www.libtool.com.cn

Quòd ſi diſpoſitio euenit rarò, & priſcis indicta ſit eius agnitio & curatio, ipſius notas & curationem inuenies partim ſcientifica & vera demonſtratione (quæ remediorum etiam nouorum copia ſæpe multò ſuperet experientiam ſola probata iactantem) partim artificioſa coniectura. Qua ratione duplici inuentæ rarorum affectuum notæ, & curationes magna ex parte perfectæ ſunt, & Galeno curanti & præſagienti, magno fuerunt tota vita ornamento, ita vt nullã vſque ad ſenectutẽ calumniam ſubierit.

Obſeruandum præterea tibi eſt diligenter, an partes conſentientes diſpoſitionem habent hecticam, id eſt, ægrè ſolubilem: an ſcheticam, id eſt, parum diu permanentem, & ceu tranſeuntem: & an parte vna affecta, reliquæ illi conſentientes, in ſuis actionibus lædantur, vel omnes, aut quædam harum, eodem modo lædantur. Sed ad rem propoſitam accingamur, initio à capitis affectibus ſumpto.

- Continentes & propinquæ
  - Intemperies ſubitò alterans
    - Sola pcipuè inæqualis, nã æqualis non dolet.
      - Calida, vehementiſsimum
      - Frigida, minùs vehementem
      - Sicca, mediocrem
      - Humida, per ſe, & ſua qualitate nullum
      - } Dolorem excitat in omni parte ſenſu prædita.
    - Sed quatenus iuncta caliditati, frigiditati, ſiccitati, vel ob copiam, tuncque morbum gignit inſtrumẽtalem, vt tumorem, non ſimilarem. *Lib. 2. cõ. phar. ſ. p. li. 3. loc. affec.*
    - Cum materia
      - Humore
        - Multo, craſſo, lẽto, grauante, obſtruẽte, tendente.
        - Calido, mordaci, pũgente, rodente.
      - Vapore
      - Sanguine in phlegmone
      - Bile flaua in eryſipelate
      - } Quando hi humores ſunt extra venas: intra autem qualitate & quan-

*Intemperies æqualis non dolet lib. de cauſis ſym. & inæquali intẽperie.*

**Cephalalgiæ.i.doloris capitis cauſſæ.**

- Melancholia in cancro | titate dolorifici ſunt.
- Pituita in œdemate | Sed hoc nullum aut exiguum dolorem, tenſiuum & grauem facit.
- **Solutio cõtinui**
  - Inciſio à vulnerãtibus cęſim aut punctim.
  - Eroſio ab acri & mordaci, & velut vrente materia:vt bile vtraque,pituita ſalſa,horum vapore.
  - Tenſio ex humorum aut vaporum copia, vel ſiccitate.
  - Ruptio,fractio,cõtuſio,à duris,grauib⁹,violẽtis.
- **Remotæ**
  - **Internæ**
    - Quantitas, Qualitas, Cõſiſtẽtia — Humorum, vaporum in cerebro natorũ, vel aliunde aſcendentium. Copia.n. per ſe,grauat,cum obſtructione magna,parua, multùm,parum dolet, cum mordaci qualitate dolentiſsima.
    - Spiritus flatulentus ex partium quarundam cerebri imbecillitate natus.
    - Senſus, tactus partium cerebri exactior quibuſdam.
    - Caput quorundam ob partium eius aliquarum,vel omnium imbecillitatem,impleri afficíque,aptiſsimum.
    - Corpus plethoricum,aut flatulentum, aut cacochymũ ab humore,aut vaporoſo calidóque ſpiritui implendum caput idoneum.
  - **Externæ**
    - Solis æſtus capiti nudo aut parum tecto occurrens,& reliqua immodicè calefacientia admota.
    - Frigus aëris,venti,cæterorum frigidorum caput tangentium.
    - Ebrietas,vinum naturâ calidum,vaporoſum,merum, largum,quibuſdam.
    - Victus vitioſus, qualis eſt in vſu rerum vapore multo & calido caput replentiũ:vt myrrhæ, croci, mentę, allij,porri,cepæ, ſtyracis, cypheos thymiamatis.
    - Ictus,caſus, & quæ alia externa ſolutionem continui facere poſſunt.

Curatio propria ſingulãrum diſpoſitionum, quas cauſſæ ſingulæ in nobis excitarunt:ne citra diſtinctionem omni cephalalgiæ eadem applices remedia.Sunt.n. varia pro cauſſis variis, & pro natura partium capitis affectarum diuerſa.vt lib.2.comp.phar.ſ. part.



www.libtool.com.cn

*Gal.lib.2. cap.ph.ſ.p*

www.libtool.com.cn

**Cephalalgia fit**

- Affectu proprio capitis partiũ
  - Meningum
  - Venoſi, Arterioſi, Neruoſi } Corporis
  - Cerebri
  - Pericranij
  - Cutis muſculoſę
  - Venarum
  - Arteriarum
  - Neruorum
  - Vnius, plurium, omnium, ſimul intra cranium tantùm: extrà tantùm, intra & extra ſimul.
  - Dolor: eſtque continuus magis.
    - Intra cranium radices oculorũ, & in alto affligēs
    - Extra craniũ attactu augetur, & ſuperficiarius eſt
- Per cōſenſum cum
  - Stomacho, Ventriculo, Aluo aſtricta, Hepate: Dolor magis intermittit, augetúrque & minuitur cum affectu partium primario.
  - Corpore toto, vt in febribus & criſibus, præcipuè per vomitum, aut fluorem ſanguinis è naribus.

*Gal.ibidē.* Propter hanc varietatem cauſſarum cephalalgiæ, & naturæ partium in cephalalgia affectarum, difficile eſt inuenire in ea locum affectum, & an vnus ſit, vel plures intra vel extra cranium, & morbum, à quo cephalalgia fiat: egétque conſideratio ipſa medico, ratione & experiētia, exercito.

**Signa cephalalgiæ cauſſarum**

- Intemperiei ſolius
  - Calidæ
    - Calor primo attactu pceptus, & rubor paruus capitis, faciei, oculorum. Inſomnia.
    - Colliquatio faciei, & ſiccitas cutis, auxilium à frigidis, dolor ingens.
  - Frigidæ
    - Frigus, & pallor dictarũ partium, ſopor.
    - Facies non cōcidit, auxilium à calidis dolor mitior.
  - Siccæ: Faciei ſqualor dolor minim⁹, Inſomnia.

**Sanguinis**
- Rubor, calor, tenſio, grauitas capitis, faciei, oculorum.
- Pulſus magnus, ſomnus modicus à vaporum copia, niſi doloris magnitudo inſomniam pariat, vrina ferè rubra.

www.libtool.com.cn

**Bilis flauæ**
- Flauities, & pallor faciei, calor ingens, grauitas parua, dolor pungens.
- Pulſus velox, inſomnia, os aliquibus amaricat.

**Bilis atræ**
- Liuor plumbeus, frigus modicum, grauis, obtuſus, perſeuerans dolor.
- Pulſus paruus, ſomnus leuis.

**Pituitę**
- Candor, frigus magnum, grauis & tenſiuus dolor.
- Pulſus paruus, ſomnus profundus.

**Flatus & vaporis**
- Tumor faciei ſplendens, dolor tenſiuus, turgidus.
- Tinnitus aurium, vertigo, in ſomnio volatus.

Præter hæc ſigna ſenſui magna ex parte manifeſta, adde ſumpta ex mucoris aut lippitudinis colore humorem in capite redundantem teſtante: ex iuuantibus contrariis, & nocentibus affectui ſimilibus: ex precedenti victus ratione, temperatura, ægri ætate, habitudine, vitæ conditione, conſuetudine, anni parte, hunc illum humorem in corporibus noſtris augente: ex doloris differentia. Nam

Grauis plenitudinem in capite humorum ſig. *Gal. ibi.*
Punctorius, humoris aut vaporis acrimoniam.
Pulſatorius, & punctorius, & tenſiuus, phlegmonem meningum.
Tenſiuus & grauis, copiam humorum intra meningas contentam.
Tenſiuus ſolùm, ſpirituum & flatuum copiam.

Cephalæa eſt dolor capitis vehemens, ſanatu difficilis, à cephalalgia cauſſis & ſignis non differt, ſola magnitudine differt, & quòd maiorem partium capitis imbecillitatem efficit. Nam *Gal. li. 2. cõp. ph. ſ. p. & li. 3. loc. affec.*

**Signa cephalææ.**
- Dolor capitis vehemens eſt, ac contumax & diuturnus, quibuſdam continuus: aliis acceſsiones habet magnas à parua cauſſa & intermiſsiones, vel ordinatas, vel inordinatas, vt epilepſia, quo tempore ſani omnino videntur.
- Dolor quibuſdam ad oculorum radices extenditur, quibus ſcilicet intra cranium, vt in meningibus, cauſſa doloris eſt. Aliis enim aliquando eſt in pericranio membrana.
- Motus, ſtrepitus, vocis magnæ, lucis & ſplendoris, vini

potus, odorum caput replentium, & aliorum obiectorum præcipuè inſignium impatientiſsimus eſt æger.

Aëre obſcuro & tranquillo, ac quiete ob doloris magnitudinem gaudet.

Quidam ſeu malleo percuti caput, alij ceu frangi, contundi, diſtendi ſentiunt.

Hemicrania, id eſt dimidij capitis dolor, ſi mitior eſt, ſub cephalalgia: ſi contumacior, ſub cephalæa continetur.

*Li. 3. loc. affe. ca. 9.*

Curantur hi affectus tres, intemperiem expugnãtibus, vacuantibus, totum corpus ſi caput replet, vt phlebotome, purgatione, reuellentibus, ſi caput imbecillũ eſt, vt clyſtere, extremorum ligaturis, inferiorum partium frictione multa, interdum ſecta in cubito vena, cucurbitulis caput vacuantibus: ſi eſt adhuc plenum, ſecta in naribus vena, hiera valentiore, apophlegmatiſmis, errhinis ab eo repellentibus, ipſum roborantibus, digerentibus, calfactis in frigida & cruda copia, refrigeratis in calida & bilioſa lib. 2. comp. ph. ſ. p.

Horum capitis affectuum & aliorum morborum, vt pleuritidis, peripneumoniç, nephritidis, colici affectus ſedes, quamuis non exactè, ad inuentionem tamen remediorum ſatis ſenſibus patent. Nam in cephalalgia & cephalæa toti capiti, in pleuritide toti lateri, in peripneumonia toti thoraci, in nephritide totis lumbis, in colico dolore toti ventri: & in hepatis aut lienis affectibus, hypochondriis remedia adhibere eſt facile. In phrenitide verò, lethargo, catoche, catalepſi, caro, memoria læſa, melancholia, mania, epilepſia, ſpaſmo, ſaltu totius corporis, apoplexia, paralyſi, nullum partis affectæ ſignum tanquam ab radice prodit, nec dolor, nec tumor præter naturam, nec color à priore mutatus, nec excretio aliqua, nec aliud quicquam extat, vnde & partem affectam, & topica inuenias remedia. Nam experientia nec ſunt inuenta, nec inueniri poſſunt. Sed cùm principem animæ facultatem in cerebro eſſe & vulgò perſuaſum ſit, dicenti fatuum non habere cerebrum, & oſtendant opera, quæ ægri principe ipſa vi cum cerebro per dictos affectus læſa faciunt: conſiderandum reſtat, qualis ſit in vnaquaque prædictarum cerebri affectionum diſpoſitio. Nam læſa actione aliqua, inquire quę pars primò, aut per conſenſum afficitur: qua inuenta, morbi naturam quære, & ex vtriſque curandi indicationem

ſume, & remediorum quantitatem & qualitatem affectui contrariam inueni, adiecta indicatione à natura ægri, aëris, &c.

www.libtool.com.cn

Phrenitis eſt phlegmone, meningũ, & vicinę cerebri ſubſtantiæ communis, licet præcipuè ſit in tenui meninge, & ab humore bilioſo. non enim fit ſimpliciter phrenitis ob ſuccos calidos, ſed cùm hi phlegmonem, vel in cerebro, vel in ipſius membranis pariunt. à φρὴν φρενὸς mens & princeps animæ facultas, quam vitiat phrenitis. *Lib. 4. de cauſ. pulſ.* *Li. 5. ſim.*

Phrenitidis cauſſæ:
- Externæ: Sumenda, admouenda, educenda, faciẽda — Sanguinem & bilẽ vrentia & cerebrũ accendentia.
- Internæ:
  - Sanguis bilioſus, à quo, mitior
  - Bilis flaua, à qua malignior
  - Sanguis aut bilis vſtione melancholica:
  - A quibus naſcitur ferina & furioſa cum ferino & melancholico delirio
  — Phrenitis.

Quarum ſigna ſunt ſymptomata horum humorũ naturam, ſomnia, colorem, calorem, & ab hoc ſitim, inſomniam, exprimentia in capite, facie.

- Febris acuta continua homotonos cum delirio perpetuo, paulatim naſci & deſinere conſueto, non ſubitò & affatim, vt deliria febrium ardentium, pleuritidis, peripneumoniæ: vitiati oris ventriculi, in quo tota princeps animæ facultas magna ex parte læditur. Cerebrum enim non per conſenſum in hac, ſed proprio & primario affectu laborat.
- Pulſus paruus, frequens, velox, durus.
- Reſpiratio magna, rara.
- Vrina tenuis, aquoſa, ſuppreſſa ſæpè, ſine ſenſu aliquando excreta. — Alnus aſtrictior. — Bile rapta in cerebrum, & tactu hebeti, vt reliquis ſenſibus obtuſis.
- Obliuio quibuſdam tam ſtupida, vt matella petita meiere, vel vrina emiſſa, matellam reddere obliuiſcantur.
- Quidam moroſi, audaces, temerarij, imprudentes dictis, factis, iracundi, tremuli, mœſti, aliorũ oſores ſine cauſſa, malè morigeri.

**Signa phrenitidis**

**Veræ**

- Inſomnia, interdū ſomnus leuis, terribilibus viſis turbulentus, ob quæ derepentè expergefacti vociferantur, lecto exiliunt, floccos vellunt, feſtucas carpunt.
- Capitis dolor grauis, tenſiuus, punctorius, pulſatorius, & interdum occipitis, ſed quem vix ſentiunt, quia his mens ægrotat. Aph. 6. li. 2.
- Rubor & calor capitis, faciei, oculorum vehemens.
- Oculi ſqualidi, ſicci, lucem refugientes, nunc clauſi, nunc aperti, lippitudine obſiti.
- Lachryma acris ex altero tantùm oculo manat.
- Sanguis è naribus guttatim effluit quibuſdam.
- Lingua arida, aſpera, nigra.
- Potus omnibus exiguus, & aquæ magis.
- Stridor dentium inſolēns per ſomnum & vigiliam.
- Hypochondria poſt initium tenduntur.

Hæc ſigna ſunt pauciora & mitiora, impendente phrenitide: plura vel omnia & grauiora præſente.

**Nothæ per conſenſum**

*Cum corde in quo bilis flaua collecta putreat*

- Febris ardentiſs. delirium. Vide an hic ſit cauſus non phrenitis, & ſic delirium fuerit, nō phrenitis.
- Sitis inexpleta.
- Et ſigna cætera flammeę in corde diſpoſitionis, de qua in reſpirationis vitiis.
- Oxyrhodinum in hac medio thoraci è regione ad cor partem primariò affectam applicetur, non capiti.

*Cum inflā mato diaphragmate*

- Hypochondria initiò tenduntur, propriū huius ſignum eſt.
- Delirium phrenitidi proximum, ſed quod cū febre creſcente augetur, inclinante minuitur: vti deliria reliqua excepto phrenitidis delirio, quod non minuitur, ſed perſeuerat etiam inclinante febre, quæ propria & pręcipua phrenitidis nota eſt.
- Reſpiratio magna varietate inęqualis. Nam initiò phlegmones antequam delirent parua frequens, pòſt magna anguſtioſa.
- Calor capitis & faciei minor quàm in phreni-

tide vera,& cętera huius ſymptomata aut nulla,aut perquàm exigua ad ſunt diaphragmati inflammato,quod φρένας id eſt,mentem Plato, & eo priores vocarunt,quòd eo inflammato mens læditur, tanquam parti ſapienti,& menti pars hæc integra aliquid conferat.

www.libtool.com.cn

Lethargus eſt tumor præter naturam præcipuè cerebi à pituita potiùs quàm alia materia:ſeu à magno frigore, aut à multùm frigido humore, per quem ſenſu perdito æger concidit ſine motu conuulſionis aut ſaltus. Hunc gignunt cauſſæ omnes externæ & internæ frigidæ,humidę,tàm per ſe,quàm per accidens. *Lib.4.de cauſſ.pul. aph.3.li.2. Li.3.loco. aff.cap.7.*

**Signa lethargi:**

- Obliuio tam grauis (vnde lethargus dicitur) vt os claudere,aperire,meiere, deiicere obliuiſcantur, ob id oſcitant,hiant:ſi deiiciant,ſunt liquidiora, & vrinæ quales iumentorum.
- Stultitia, id eſt, memoriæ & ratiocinationis perditio, quòd poſtremus cerebri ventriculus primò ferè affectus, ſecundùm per conſenſum afficit.
- Côma ſomnolentũ,&cataphora ſeu inuicta in ſomnũ propenſio.
- Senſus & motus pręterquàm reſpirationis,perditio:vt cęteris affectibus ſoporoſis,& ob id caſus ſubitus.li.3.loc.aff.cap.3.
- Tremor quibuſdam,& ſudor.
- Dolor grauis,tenſiuus,exiguus: quia cerebrum ſenſu caret.
- Taciturnitas, & ad reſpondendum tarditas.
- Lingua alba cum multa ſaliua,ad motum tarda.
- Facies plumbea,liuida,ſubtumida.
- Oculi clauſi,ſi aperit,mox claudit.
- Febris continua,lenta,parum mordax:vt pituitoſæ, à pituitæ in eo putredine.lib.13.methodi.
- Pulſus magnus,lãguidus,mollis, vt peripneumonicorum ſed eo tardior,rarior,minùs inæqualis.
- Reſpiratio:
  - Inæqualis, quia nunc parua, nunc maiuſcula.
  - Tarda,ob pituitæ naturam.
  - Rara,propter obliuionem.
  - Imbecilla, ob muſculorum reſpiratoriorum imbecillitatẽ.

*Eiſagoge pulſuum.*

Curatio eius & phrenitidis communis,& vtriuſque propria.libr.13. methodi.

Catochos ſeu catoche,affectus cerebri ex bile & pituita genit⁹,phrenitidis & lethargi natura,& notis medius,vel alterutri ſimilior: cuius in miſtione vincit materia,ſopor vigil etiam dicitur.

Idem catalepſis quibuſdam dicitur,quæ propriè eſt ab intemperie cerebri frigida ſicca. Aph.3.lib.2. & congelatio practicis dicitur.

In vtroque poſteriora cerebri magis læduntur.cap.4.lib.3.loc.aff. Vt in Caro,id eſt,ſopore magis anteriora,ob id in eo imaginatio, & per conſenſum ventriculi medij cum primis, cogitatio læditur, períto que ſenſus & motus præterquàm reſpirationis.

www.libtool.com.cn

Succedit,autem magna ex parte febrium acceſsionibus, epilepſiæ, compreſsioni cerebri per contuſionem cranij, aut dum id exciditur fractum violentæ depreſsioni per phacotum.

- Cauſſæ
  - Cari
    - Humores humidi,ſanguis, pituita.
    - Humida intemperies corporum cerebri,mollium & ſolidorum.
    - Frigida intemperies præcipuè.
  - Inſomniæ
    - Humores ſicci,vt bilis vtraque.
    - Sicca intemperies corporum cerebri,mollium & ſolidorum.
    - Calida intemperies præcipuè.

- Principis animæ facultatisſeu mentis partes ſunt tres,
  - 1. Apprehenſio, Phantaſia, Imaginatio, Opinio, Senſus cõmunis — In prioribus duobus
  - 2. Cogitatio, Intellectus, Iudicium, AEſtimatio — In medio
  - 3. Memoria, Scientia, Reminiſcentia — In poſtremo
  - Cerebri ventriculo, vt per harũ cerebri partium affectus læſa harum facultatum aliqua planè declarauit.

- Frigida & humida
  - Vehemens ſomnolentia.
  - Excretorum per nares,oculos,palatum,quantitas auctior,& qualitas liquidior,& velut coryza, aut catarrhus.
  - Cauſſarum externarum recẽtium,vt refrigerationes.
  - Humectationis quantitas, & qualitas.
  - Noxa ab admotis capiti raſo, & ſumptis frigidis humidis:auxilium à calorificis & ſiccantibus, quam ſolam obliuionis,ſeu abolitę memorię curationem homini pręcipuè ſeni conſuetiorem docet Archigenes per venæ ſectionem,ſi ſanguis abundat:per cucurbitulas,ſinapiſmum, perfu-

**Signa memoriæ ratiocinationis, imaginationis abolitæ ab intemperie**

ſiones &potiones calidiſs.ſiccisſ.apophlegmatiſmos ex ſinapi, naſturcio, cocco gnidio, ſtaphide agria. Alioqui tutum non ſit materiam in exteriores caluariȩ partes per hæc remedia trahere ignorata cerebri diſpoſitione in memoria lȩſa, vel alio cerebri affectu.

www.lltool.com.cn

Frigida & ſicca:
- Somnolentia mediocris.
- Nares ſiccæ. Aph. 2. lib. 6.
- Noxa à ſimilibus cauſsis, auxilium à contrariis.

Calida & humida:
- Somnus leuior quàm in priore.
- Excrementa mediocria coactiora.
- Noxa à ſimilibus cauſſis, auxilium à contrariis.

Calida & ſicca.
- Inſomnia vehemens.
- Excrementa per oculos, nares, os, pauca, ſicca.
- Cauſſæ externæ calidæ, ſiccæ, vt æſtus, capiti occurrerunt.
- Noxa calidis, à calidis & ſiccis ſimul.
- Ingens auxilium ab humidis, & modicè calidis.

Intemperies hæ etiam ſimplices, actiones iſtas principes lædere poſſunt, magis tamen lædunt compoſitæ, cùm ſolæ, tum cum materia: quæ ſi remiſsiores fuerint, imbecillas actiones reddunt, non abolent, ſed & deprauant, vt in ſymptomatum cauſſis eſt dictum.

Spiritus animalis diſsipatio, cauſſis prædictarum noxarum addi poteſt, quam ſtudium, vigiliæ, curæ, & cȩteræ animæ affectiones immodicæ, vel corporis labor multus, vt in putando vites, vel opere alio. Præcipuè cum victu parco excitat: cuius curatio per ſomnum, ſumpta & admota humectantia modicè calida, ad ſpiritus animalis inſtaurationem perficitur.

Aboletur etiam memoria ſpiritu animali ceu venenato in peſtilentia: aut per ictum vehementem occipitis, veluti in aliam ſedem expulſo. *Gal. li. 1. de cauſſ. ſympt.*

**Definitio**

Eſt ſenſuũ præcipuè viſus à parua occaſione obtenebratio (vnde nomen affectui) & hebetatio, adeò vt interdum cadat, præcipuè ſi ipſe circumagitur, aut aliud circumagi videat, vnde vertigo quoque quibuſdam dicitur.

Δῖνος autem, id eſt, vertigo fit, cùm caput circumagi videtur. *Gal. li. 4. rat. vict. acut.*

σκοτώδινος, id eſt, tenebroſa vertigo, ſeu ſcotoma, cùm tenebroſa ſimul fit viſio.

www.libtool.com.cn

**Scotomatis**

- **Cauſſa**
  - **Externa**
    - Vna corporis rotatio q̃ hos afficit, vt ſanos, multę: Aſpectus rerum, vel citò circumactarum, vt rotæ, vorticũ aquæ: vel celeriter motarum, & ſplẽdidarum, vt ignis, præcipuè ſi caput his incaluit: vel æſtu ſolis, vel alia cauſſa: & ſi prono capite quid geſſerint.
    - Auditus ſoni vehementis, vt tonitrui, bombardæ.
  - **Interna**
    - Motus inæqualis, inordinatus, turbulentus humorũ, vel ſpiritus flatuoſi, & vaporoſi, vel in cerebro ex ipſius intemperie inæquali, natorum, vel à toto corpore, vel parte, vt arteriis, ventriculo, hepate, liene, renibus, vtero, veſica, elatorum.
- **Signa læſo cerebro**
  - **Affectu ꝓprio**
    - Aurium tinnitus, & in capite ceu fragor quidam aquarum violenter decurrentium, præcedit.
    - Capitis dolor grauis, & ſi vaporum eſt copia, tenſiuus & continuus magis.
    - Olfactus, & ſenſuum aliorum à cerebro ortorum lęſio pręcedit.
  - **Per cõſenſũ cum**
    - Ore ventriculi
      - Stomachi præcipuè vacui morſus, & nauſea.
    - Vtero, hepate, liene, &c. harum partium affectus pręceſsit, cuius magnitudinem ſcotoma ſequitur: ſed minùs continuum, & animales actiones minùs lędens quàm cerebro proprium.
    - Toto corpore
      - Febris vehemens adeſt.
      - Criſis præcipuè per vomitum bilis, inſtat: Nam eam quæ per ſanguinem à naribus præcedunt,
      - ἀμβλυωπίαι, id eſt, hebetudines.
      - Medicamentum purgans ſumptum eſt, corpore fluido nõ facto. Aph. 9. lib. 2.
- **Curatio**
  - Sectio tranſuerſa arteriarum poſt aures cicatrice in media ſectione inducta, quibuſdam profuit, aliis non: quòd arteriæ carotides his maiores ad plexum retiformem, & inde in cerebrum elatæ etiam ſcotoma faciunt ſpiritu vaporoſo & calido per has elato, & cerebrum implente.

Succus ſeu ſanguis melancholicus frigidus, ſiccus, craſſus, feci vinorum ſimilis, ob id fex ſanguinis dicitur: lienis eſt alimentum magna ſui parte, gignitur plurimus, vel à natiua temperie, vel cibis naturâ huic ſucco idoneis, coctione

venarum in hunc humorem mutatis:hic putredine ex mora in corpore,aut per febres præcipuè ardentes aſſatus,vt ſanguinis reliqui pars craſsior in atram bilem putrendo,vertitur: in quam per æruginoſam tandem etiam vrendo tranſit bilis vitellina,ſtatim æruginoſa.

*Gal.in prorrheticis & Aph.32.li.3.*

www.libtool.com.cn

| Humor melancholicus | Atra bilis |
| --- | --- |
| Nigredine eſt obſcura. | Nigredine ſplendẽte. |
| Sapore parum acido,& acerbo.li.5.vſus partiũ. | Acido & acri,vt acetũ. |
| Craſsiore ſubſtantia. | Tenuiore multo. |
| In terram effuſus, manet immotus,vti fex vini. | Effuſa in terram[, eam radit,fermẽtat, bullis ceu iuſculorũ feruentium attollit,vt acetum. |

Vterque hic humor niger, naturalis ſcilicet, & præter naturam,gignit melancholiam morbum,id eſt,motum deprauatum rationis & imaginationis:ſed ille mitiorem,hic malignum.

Signa melancholiæ morbi factæ cerebro læſo:

- Affectu proprio ſeu abundante in ſolo cerebri corpore (reliqui corporis ſanguine innocuo) atra bile ex ſanguine melancholico, vel bile flaua in eo aduſta à calore interno, vel aliũde in cerebrum tranſmiſſa. — Ferina deliria nunc cum febre, nunc ſine febre. Caput præcalfactũ ab æſtu,phlegmone, phrenitide. Itẽ mœrore, cura, vigilia.
- Hæc autem atra bilis vel humor melancholicus tunc in mentem ſeu animam repere Hippocrati dicitur,id eſt,cerebri temperiem alterando melancholiam gignere: vt in corpus cerebri redire, id eſt, meatus ventriculi poſtremi aut medij obturando epilepſiam facere.

  *Anima aut eſt temperies actiuarum qualitatũ,aut ipſarum tẽperie mutatur.*
- In hac melancholia non eſt vena ſecanda, ob hanc diſpoſitionem,licet ob aliam aliquam cauſſam ſecari poſsit.
- Toto corpore,dum ſentit cerebrum cõmune vitiũ venis reliqui corporis me- — Signa humoris melancholici in corpore abundãtis dicta priùs:omnia vel plurima,vel potiſsima,præci

lancholico ſanguine plenis. | puè quæ ex ipſis etiã cauſſæ humoris melancholici gignendi rationem obtinent.

Per conſenſum cũ

www.libtool.com.cn

Huius curatione, à venæ communis ſeu mediæ ſectione incepta, ſi fiuat ſanguis melancholicus, cõiecturam firmat, & vacuandus eſt quantùm ſcopi ſuadent: ſi non ſit melancholicus, ſtatim ſupprimendus.

Hypochondrio ſeu meſenterio inflammato, quę dicitur melancholia hypochondriaca, & affectio inflans & flantulenta.

Signa flatuoſæ ſeu hypochondriacæ affectionis.

*Gale. ex Dioſco.*

Sputum humidum multum cibo ſumpto, pręcipuè coctu difficili & cauſtico.

Ructus acidus, flatus, καῦμα.i. incendium in hypochõdriis non ilico, ſed cùm cibum retinuerit æger.

Dolor ventris vehemens quibuſdam ad metaphrenum ſępe procedens, & cibo cocto deſinens, ingeſto aliò repetens.

Ieiunos interdum quoſdam à cœna affligit.

Vomitus crudorum ciborum, & pituitæ vel ſubamaræ, vel calidę, vel acidæ adeò, vt dentes ſtupefaciat.

Horum plurima ſtatim ab ineunte ætate inuadunt, ſed vtcunque acciderit, omnibus producuntur.

Calor præter naturam, & ſanguis craſsior in venis meſaraicis obſtructis, vnde abolita diſtributione alimentum in ventriculo commoratur, & poſtridie vomitu excernitur.

Frigidis iuuantur, æſtum illum caloris extinguentibus.

Metus, mœror, deſperatio longo tempore affligunt: ſed mitiores ſunt, quàm in duabus prioribus melancholiæ differentiis.

Ventriculi pars inflammata, craſſum ſanguinem & melancholicum habet, à quo vapor craſſus & ater elatus in cerebrum, melancholica hæc ſymptomata, vt à ventriculi humore bilioſo vapor in oculum elatus viſa ceu ſuffuſorum mentitur, poſt cruditates dictis ſymptomatibus multò vehementiùs infeſtantur.

Quidam ex ipſis ſplenici quoque fiunt, ob id coniice ex ſplene in ventriculum vitioſam ſaniem irruere. Pylori ab inflammatione obſtructio horum cauſſa quibuſdam videtur.

www.libtool.com.cn

**Symptomata ſeu viſa melãcholicis**

- **Cõmunia**
  - Metus ab atro vapore mentem ceu tenebris externis terrente: nam corporis & humorum natura, mentem immutant.
  - Mœror perpetuus: ſed duo hæc mitiora in hac quàm in duabus prioribus, tribus tamen melancholicis ſunt communia. aph. 24. lib. 6. & 41. lib. 7.
  - Odium hominum, vitæ tædium, & ex mœrore vtrumque natum.
- **Propria quibuſdã**
  - Mortis cupiditas: non enim omnes mori cupiunt, ſed quibuſdam hoc in ſua melancholia eſt pręcipuum, quòd mortem metuunt.
  - Mortem alij metuunt, tamen ſibi mortem conſciſcunt.
  - Hic teſtam ſe factum ratus, obuiantibus cedebat, ne collideretur.
  - Alter, gallorum cantus auditos voce, alarũ plauſus, brachiis imitabatur.
  - Alius metuit, ne Athlas cœlum quod ſuſtinere dicitur, à ſe excuteret oneri impar, omnéſque obrueret.

Melancholiam omnem recentem ſanabat Galenus frequẽtibꝰ balneis, victu humido & boni ſucci, nullo alio adhibito remedio. Inueteratæ verò, valentiora requirunt remedia, quòd humor noxius vacuationi multùm reſiſtit.

Melancholiam ſanant ſuperuenientes varices aut hæmorrhoides. aph. 11. & 21. lib. 6.

Epilepſia eſt omnium corporis partium, per neruos conuulſio, cum mentis & ſenſuum læſione.

In hac enim, cerebrum ſe ac totum corpus concutit, vt à ſe expellat id, quod primò, aut per cõſenſum offendit: qualem motum in ſingultu facit ventriculus, vbi pipere multo, humore acri mordetur, corrupto cibo infeſtatur, copia cibi grauatur.

Dicitur etiã morbus comitialis, quia comitia ſæpe diremit. Serenus: Et ſacer. i. magnus, vel ab Hercule, problematũ. 1. ſectionis. 30. Et caducus, à ſymptomate: & aliis nominibus multis.

*Aph. 55 lib. 6.* Fit epilepſia,vt apoplexia,ab humore pituitoſo vel melã-cholico,cerebri ventriculum poſtremum & medium obſtruente:eáque eſt proprius cerebri affectus,vel vapore aliquo à ventriculo,aut parte aliqua ignobili in cerebrum elato.

www.libtool.com.cn

**Signa epilepſiæ genitæ, læſo cerebro**

- **Affectu proprio**
  - Acceſsio ſubita,ægro improuiſa, cum multa ſpuma.
  - Caſus,cum vehementi & continua totius corporis cõcuſsione.
  - Nullam aliarum partium noxam, nullum ab his vaporem leuari præſenſit.
  - Præcedit grauitas linguæ,capitis, & eiuſdẽ dolor perpetuus, & omnium facultatis animalis actionum imbecillitas aut deprauatio,vt vertigo,viſus tenebroſus,hebes auditus,difficilis olfactus:quæ actiones ſenſificæ, & cum his principes in acceſsione ferè pereunt,& motio deprauata eſt.
- **Per cosnenſum cum**
  - **Ore ventriculi exacti⁹ ſentiente**
    - Perceptus ab ægro dolor in ore ventriculi ante conuulſionis initium, ab humore acri &mordaci, vt bile æruginoſa, & ab hac vaporum aſcenſus in cerebrum.
    - Sedatio epilepſiæ, vacuato humore illo per vomitum.
    - Nauſea,deiecta appetentia.
    - Ieiunos,iratos,labore confectos, crudos ſæpe affligit.
    - Caſus cum parua & intermittente concuſsione, ceu ſaltu,& breui motu: quod ſignum ſequenti etiam eſt commune.
  - **Crure, pede, vel alia parte**
    - Perceptus ægro ante acceſsionẽ à parte primariò affecta per continuas ſibi partes vſque cerebrum aſcenſus vaporis cuiuſdam,vel qualitatis: quæ in mole minima facultatem habet maximam, & ab humore partis affectæ vim tam venenoſam acquirit, vt parua ſui copia non minora in totum corpus ſymptomata excitet quàm ſcorpionum,aut phalangij, aut ſimilium veneni portio minima.

Præcauetur acceſsio per conſenſum cum artubus,& periculum ab ictu,vel morſu venenoſo,parte ligata vel ſecta ſupra fontem mali.

Curatur, vacuato primùm corpore toto, deinde humore ex

parte

parte per admotam ipſi thapſiam, vel ſinapi, vel aliud ſimile.

Tetanus eſt conuulſio muſculorum corporis, præcipuè ſpinæ, & eius maximè, quæ in collo eſt: à frigido humore velut concretorum: vel à ſpiritu & aëre frigido, craſſo, nebuloſo, vt Pelopi viſum eſt. qui ſi antrorſum in pectus contrahantur, emproſthotonos: ſi retrorſum ſcapulas verſus, opiſthotonos: ſi in dextrum vel ſiniſtrum (quod ſæpe accidit) nomine caret: ſi in vtranque partem æqualiter inflexili rigore contenditur collum, tetanus eſt, morbus acutus ſine febre, die 4. ferè iugulans. aph. 6. lib. 5. *Pau. li. 3.*

Signa tentani:
- Reſpiratio anguſtiæ plena, ob affectam in collo originem neruorum, diaphragmatis, & quorundam thoracis.
- Pulſus paruus, rarus, calore minuto, ab affectu frigido.
- Riſus interdum ſardonius & coactus, muſculis labiorum & buccarum etiam conuulſis.
- Rubor faciei.
- Oculi tumentiores.
- Vrinæ ſuppreſſio, vel vrina nunc aquoſa, nunc cruenta, bullata.
- Aluus ſiccatur.
- Inſomnia, periculum à conuulſione, ne lecto incidat æger.
- Singultus, dolor, nunc capitis, nunc ſcapularum, & clauium, & lũborum.
- Tremor quibuſdam paruus.

Curatur, paratam expulſione materiam purgantibus cucurbitulis cum ſcarificatione, topicis digerentibus, ſuperueniente febre. aph. 26. lib. 2. & 57. lib. 4. Multa frigidæ aquæ perfuſione, ſi omnia conſentiant. aph. 21. lib. 5.

Tremor motus voluntarij, ſymptoma ex contrariis motibus ſibi ſuccedentibus conſtans, vt viſui & tactui patet, cùm ab imbecillitate facultatis animalis fiat intemperiem frigidam ſequente, vel à neruoſorum corporum obſtructione, vt dictum eſt libro de cauſſis ſymptomatum: quieto & immoto corpore ceſſat, & calorificis ac vacuantibus præſidiis curatur.

Qui autem frequens fit, maximè iuuenibus ex motu arteriarum violento, artus ipſos, collum & caput ſecum ſimul ceu vibrãte, nec parte reclinata & quieſcente ceſſat, & calorificis omnibus exacerbatur: vt æſtiuo aëre, inedia, ira, labore, refrigerantibus contrariis miteſcit.

Apoplexia eſt repentina omnium corporis partium ſenſus & motus priuatio, cum principis animæ facultatis læſione. Obſtructis e-

nim confertim à pituitoſo vel melancholico humore cerebri, corpore & ventriculis principibus poſtremo & medio, animalis facultas actiones ſuas principes obire, & in partes corporis ad ſenſum & motum tranſmitti prohibetur. Nō fit à ſola cerebri intemperie. Interdum autem totum ſpinalis medullæ initium, non etiam ventres, obſtruitur, túncque ſenſus & motus partium faciei integer ſeruatur, reliquarum omnium partium inferiorum aboletur.

www.libtool.com.cn

Fit etiam interdum obſtructis, denſatis, compreſsis arteriis in collo carotidibus, quæ ob id apoplecticæ quoque dicuntur. Gal. lib. de vſu pulſuum. & lib. 4. rat. vic. acu.

In apoplexia autem aliquid reſpirationis ob neceſsitatem ferè ſeruatur, agentibus tunc omnibus muſculis thoracem mouentibus, ex ipſiúſque reſpirationis noxæ magnitudine, æſtimanda eſt cerebri affectus & apoplexiæ magnitudo.

Signa apoplexiæ:

- Subitus in terram cum clamore lapſus, niſi cubantem prehenderit.
- Dormienti ſimilis iacet, etiam apertis aliquando oculis.
- Reſpiratio cum mugitu, aut qualis cum ſtertore dormientium.
- Vox nulla, vel qualis eorum qui ſtrangulantur.
- Spuma quibuſdam in ore, vt epilepticis.
- Principes animæ actiones, motus omnis volūtarius, excepta reſpiratione, & ſenſus omnis perit, adeò vt acu punctus æger nō ſentiat.
- Ori impoſita humida per nares reiicit.

Hæc ſymptomata quantò plura & maiora: tantò acutiorem & minùs curabilem apoplexiam ſignificant, vt contraria, mitiorem & curatu faciliorem.

Apoplexia, cùm morbus ſit acutus ſed ſine febre, extrema exquiſitè remedia requirit, vacuantia omnino ex cerebro materiam obſtruentē. Nam morbos ex repletione curat vacuatio. aph. 22. lib. 2.

Paralyſis eſt perfecta ſenſus, aut motus, aut vtriuſque amiſsio: propriè tamen motus priuatio eſt, abuſiuè etiam ſenſus.

| | | |
|---|---|---|
| Dimidij corporis dextri vel ſiniſtri | Totius, vt etiā faciei partes reſoluantur | Dimidium ventriculorū cerebri principiū affectū ſig. |
| | Non totius, ſed illęſis partibus faciei | Initium ſpinalis medullę ex dimidio affectum eſt, ſi totū afficitur, fit apoplexiæ ſpecies. |

**Paralyſis**
- **Partis alicuius, vt**
  - Totius brachij, totius cruris, tibię cum pede, pedis, cubiti cum manu, manus & aliarũ partium à cerebro per ſpinalem medullã ſenſum & motum recipientium. — Pro diuerſa parte neruorum in has partes à ſpinali medulla diſtributorum affecta.
  - Partium faciei ſolarũ, vt linguæ, oculi, maxillæ, labri. — Affecta origine varia neruorũ ex cerebro in has partes deductorum.
  - Cutis digitorum minorum duorum & dimidiæ longi. — Affecto metaphreni initio, ex quo rami neruorũ ſenſificorũ in hãc cutem feruntur.

www.libtool.com.cn

**Perditur in paralyſi**
- Senſus, tactus tantùm, cùm neruus tantùm ſenſificus afficitur.
- Motus tantùm, cùm neruus motor afficitur, adeò vt animalis facultas quæ multa ad motum ędendum neceſſaria eſt parcior affluat, ſed quæ tamen ſenſui in neruo motore ędendo ſufficiat.
- Ambo ſimul in neruo motore, cùm maximus eſt affectus, id eſt, denſitas, obſtructio, à pituita, melancholia, compreſſio nerui, aut partium per quas antè tranſmittebatur animalis facultas.

**Signa paralyſis**
- Abolitio ſenſus, motus, partium paralyſi reſolutarum.
- Attractio earundem ab oppoſitis partibus illæſis, vt in ſectione tranſuerſa: contrà in conuulſione.
- Frigiditas maior earundem, ſanis partibus multò quàm antè calidioribus, quòd ſanguinem, calorem, ſpiritum copioſiorẽ recipiant, & ob id pleniùs nutriantur: reſolutæ parciùs, quare etiam gracileſcunt.

Curatio eius genere quidẽ eadẽ quæ apoplexiæ per vacuantia, ſi obſtructio eſt (per calfaciẽtia autem, ſi denſitas ſola eſt à frigore, vti per elaxantia, ſi à tendentibus & comprimentibus fit) mitiora tamen tantò requirit, quantò eſt minor affectus: quãquam poteſt particularis hic affectus vniuerſali ſua eſſentia eſſe æqualis. Topica autem remedia digerentia parti cerebri aut ſpinallis medullæ, aut nerui primariò affectæ, ſunt applicanda, non ipſis partibus reſolutis. Quòd ſi à ſectione tranſuerſa etiam dimidij ſpinæ initiò fiat paralyſis, vt cerebro diſciſſo, immedicabile malum, & mirum ni ſubitò enecet, cum eadem parte pũcta tantùm ſpina, etiam bouem momento enecet.

*Viliata cauitas, morbus eſt in figura organicus.*

Signa affectarum oculi partium

1. In viſione, oculi actione læſa.

Optici nerui
- Obſtructi ab humore, aut vapore, multo, craſſo, lento
- Compreſſi à tumore aliquo
- Contracti à ſiccitate
- Concidentis in meatum ab humiditate.
- Diuiſi per tranſuerſum.

Spiritus viſorij pauci, aut nullius à cerebro per optici nerui meatũ in oculum tranſmiſsi.

- Nullam in oculo læſam viſionem habente vitium apparens.
- Pupilla oculi læſi nõ dilatata, illæſi clauſa.

Aquei humoris viſa mentiẽtis
- Per cõſenſum cũ ſtomacho aut cerebro — Nullum in oculis ambobus vitium apparens.
- Per ſuffuſionem — Humor craſſ9 in aqueo ipſum turbans, & cõſpurcans.

Sed hoc ſignum aquei humoris à craſſo vitiati patet ſenſui, vt aliarum oculi partium, cryſtallini, rhagoidis in ea pupillæ, corneæ, morbi & ſymptomata dicta in libro his dicato. Poteſt tamen ſimul læſio harum partium ſenſui apparere, ſimul affici neruus opticus, aut ſpiritus viſorius, aut vterque.

2. In motione oculi læſa, & ſitu totius oculi, & cryſtallini, & aliarum quarundam partium.

- Muſculorum ſex oculum ſurſum, deorſum, ad latera in orbem mouentium.
- Muſculorũ duorum palpebram ſuperiorem aperiẽtium & claudẽtium.
- Neruorũ in hos omnes muſculos & ſequentes à ſecunda coniugatione inſertorum.

Oculus aut palpebra trahitur
- Ad muſculum illæſum muſculo oppoſito, reſoluto, aut tranſuerſim ſecto.
- Ad muſculum aut neruũ conuulſum à ſiccitate, vel repletione & tumore.
- Si autẽ ad latera trahitur oculus, illæſa manet viſio.
- Si ſurſum aut deorſum deprauatur, & geminata videntur omnia, lib. 10. de vſu partium.

**Signa oculorum**

- Muſculi vnius vel duorum vel triũ, neruum opticum vndique firmantium
  - **Oculus**
    - Procidens muſculis his reſolutis, vel tranſuerſim ſectis, vel neruo paulatim intento, tunc fit viſio integra.
    - Retractus & cauus, muſculis aut neruis conuulſis à ſiccitate aut humiditate per tumores replente, optico ſimul affecto, læditur viſio.

www.ibtool.com.cn

- Hypochyſi propriè laborantium & ſuffuſorũ ab humore craſſo pupillam obſcurante.
  1. Viſa alteri tantùm oculo, non vtrique ſimul principio apparentia, ſed perpetua, etiam ſi cibos pauciores & euchymos æger ſumpſerit, & probè coxerit, vel humorem aliquem ex ſtomacho vomitu, aut hiera picra Galeni ſumpta purgarit.
  2. Pupilla, etiam paucis poſt initium viſorum diebus tenebroſa & impura: vel ſub rhagoide, ſi pupillæ figura retinetur: vel ſupra rhagoidem, ſi ea vitiatur.
- Cum ore ventriculi bile obſeſſo ſine febre & cum febre ante criſin per vomitum bilioſum
  1. Viſa vtrique oculo ſimul & ſimiliter apparentia (quòd vapor bilioſus à ſtomacho in cerebri ventriculos aſcendit, & à viſifica facultate circũuentus, & per neruum opticum in oculum tranſgreſſus, præcipuè quibus humor aqueus eſt exactè purus, aut viſifica facultas facillimè ſentit) nõ tamen perpetuò, ſed ſolùm quãdo ventriculus malè coxerit, aut criſis per vomitum bilioſum inſtat. 1. epid. 3. progn. 3. criſeon. Túncque ferè ſtomachus à bile mordetur, qua per vomitum aut ſumptam hieram picram purgata, vel cibo parciore & percocto, viſa minuuntur, vel ceſſant.
  2. Pupilla nil habet tenebroſum etiam poſt menſes quatuor, aut plures, à viſorum initio.

www.libtool.com.cn

- Viſa ſuffuſorum viſis ſimillima mentientium ob cõſenſum
  - Cũ cerebro in delirio, deprauata
    - Imaginatione ſola, vt cùm quis floccos vellit, aut feſtucas carpit
    - Cogitatione ſola, vt cùm quis vaſa bona frangit, non cędendos cædit
    - Vtraque ſimul, vt cùm quis canem pro amico homine habet, eúmque cædit
      - Per febrium ardētium vigorem, & phrenitidem, fumis exuſto humore elatis, & per venas arteriáſque in oculum cum optico deductis, pupillam opplentibus.
  - Cum toto corpore in febribus, criſi inſtante per ſanguinis fluorem è naribus
    - Obſcura viſa non apparent, vt in futura per vomitũ criſi, ſed ſplendida quædam, & caligant oculi.
    - Alia quoque permulta dicta Hippocrati lib. 3. progn. & Gal. lib. 3. criſeon. De quibus poſteà.

- Signa linguæ partium
  - 1. Tunicæ linguam veſtientis.
  - 2. Nerui mollis à tertia coniugatione in tunicam ipſam diſperſi, tactum & guſtatum eidem præſtantis
  - 3. Muſculorum linguam mouentium.
  - 4. Neruorum ſeptimæ cõiugationis in hos inſertorum, dextra & ſiniſtra, vel altera tantùm parte
    - Morbo ſimilari organico cõmuni, proprio, aut cerebri affectarum
      - Guſtatus, & interdũ etiã tactus linguę, lęſus: hic enim tardiùs læditur, ob ſenſorij ſui craſsitiem maiorẽ: ille citiùs, ob minorem.
      - Offenſus mot⁹ linguæ totius, ſi vtraque horum parte, vel dimidię: ſi altera tantùm parte, morbus eſt.

Vbi autem lingua afficitur conſenſu cerebri, anterioris quidem tùm linguæ, tùm reliquarum faciei partium ſenſus ferè læditur.

Poſterioris verò corpus reliquum vel totum, ſi vtraque eius cerebri pars afficitur per apoplexiam ſenſu & motu, priuatur: vel dimidium per paralyſim, ſi altera tantùm.

Senſorium
- Tactus,craſsiſsimum ceu terreum.
- Guſtatus,craſſum minùs tanquam aqueum.
- Olfactus,mediocre,nam vaporoſum.
- Auditus,tenue,quia aëreum.
- Viſus,tenuiſsimum, vtpote lucidum & igneum.

*Gal. hæc li. 8. vſus partium. Ariſt. aliter, de ſenſu & ſenſato.*

www.libtool.com.cn

Signa nerui auditorij à quinta coniugatione, ſolius læſi à morbo triplici.
1. Nullus in meatu auditorio affectus auditum lædens,viſui aut tactui apparet.
2. Sola facultas audiendi læſa eſt, cæteræ animalis facultatis partes, vt ſenſifica, reliqua, motrix princeps,illæſæ permanent:quæ ſi etiã lædantur,cum ſenſu & motu partium faciei, morbus hic eſt communis cerebro, non auditorio neruo proprius.
3. Sonus vehementior,vt tonitrui,præceſsit,qui audiendi vim obtuderit, vnde fit vt accolæ cataractarum Nili duarum ſint ſurdi Aphricano apud Ciceronem lib. ſexto de repub.

Senſus tactus, & motus voluntarius corporis partium aboletur,aut imbecillus fit ob morbum aliquem propriũ,vel ipſis partibus, vel neruis ex cerebro, aut ſpinali medula in partes ipſas deductis vel ipſi cerebro,aut ſpinali,aut vtrique, à quibus affectis partes omnes neruos ab affecta parte recipientes conſortij,lege, laborant, non primo, tamen morbum eum etiam ſibi proprium ſæpe efficiunt. Ob id noſcendum diligenter,à qua cerebri & medullæ ſpinalis parte neruus in ſingulas corporis partes diſtribuatur: vt partibus ſenſu & motu læſis per conſenſum cum origine ſuorum neruorũ,ſcias planè cui originis parti remedia morbi illius ſint applicanda.

Signa partium in olfactu læſo affectarũ
- Nariũ
  - Obſtructarũ à polypo,carũcula,tumore aliquo præter naturam,muco multo, craſſo, lento.
  - Eroſarum in ozæna.
  - Compreſſarum ab ictu,elephantia,lue Hiſpanica,ſimitate natiua:ſunt manifeſta viſui & tactui.
- Foraminum in ethmoidibus oſsibus, per quæ vapor odorus ad inſtrumenta olfactus,& ventriculos anteriores cerebri inſtrumentis his continuos aſcendit, & mucus ex eiſdem deſcendit, obſtructio à muco,compreſsio ſi dictis in naribus cauſsis.
- Qui duo affectus etiam inſtrumento olfactus, & ventriculis anterioribus communes eſſe poſſunt.

Vacuatio conſueta muci ſuppreſſa, ſi cauſſæ aliæ deſint.
Spiritus animalis penuria, odores in dictis partibus diſcernentis, quam aliarum animalis facultatis actionum læſio communis oſtendit.
Vel eiuſdem ſpiritus olfactorij ab inſigni odore diſsipatio.

**Signa inſtrumentis olfactus læſi**

Nullus in naribus & oſsibus colatoriis affectus viſui aut tactui manifeſtus, vt polypus obſtruens, ſimitas comprimens, ozæna vapores odore tetro deprauans.
Libera ex cerebro reſpiratio, de qua Gal. Aph. 52. lib. 7. & lib. de vſu partium 8.
Sola facultas olfaciendi læſa, cæteris animalis facultatis partibus ſenſificis, motricibus, principibus illæſis.
Odor aliquis vehemens, aut etiam diuturnus præceſsit, qui odorandi vim obtuderit.

**Signa laryngis in angina læſi**

**Cõmunia omni anginæ**

Spirandi & deglutiendi difficultas, maior, minor, pro affectus magnitudine, ſine vllo pulmonis aut lateris vitio, quale in peripneumonia & pleuritide.
Anguſtia in larynge percepta, maior in prima anginæ ſpecie, minor in cæteris.
Loquendi difficultas ob anguſtiam & dolorem.
Tumor calidus aut frigidus, intrò, foràs, ſurſum ad fauces, deorſum ad pectus pertinens, perſpicuus, vel omnẽ ſenſum latens.

1.

Nullum phlegmones ſignum ex tumore, calore, colore, in faucibus, vel collo apparet: quia phlegmone tota in laryngis corporibus lateſcens in eius meatum vergit, ac ob viæ anguſtiam ſtrangulat & ſuffocat.
Dolor laryngis vehemens à mordẽte, & arteriam aſperam vlcerante, ob acrimoniam, calida fluxione.
Reſpiratio parua ob meatus anguſtiã, & tota frequens ac violenta ob incendium: & quæ recta tantùm ceruice fiat meatu ſic ſenſim aperto, qui ſupinis omnino claudatur, propriore laryngis parte, ſpinam verſus concidente.
Tendones laryngi vicini ceu tetano intenti.
Vox abolita, ſitis vehemens.
Cor & pulmo ardent ab excrementis vſtis non vacuata, ab aëre calido & eo pauco, non refrigerata nec ventilata.

www.libtool.com.cn

Propria cuique ſpeciei anginæ

Mors ob vtranque morbi acutiſs. vehemētiam celeris vt eadem die iugulet, interdum ſecundo, tertio, rariùs in quartum differtur.

2. Tumor & rubor in faucibus. Colli etiam tumor ſine rubore additur his. Gal. lib. 3. prog.
Orthopnœa. i. ſpirandi recta tantùm ceruice maxima difficultas, abeſt: quia muſculi laryngis parum inflammantur.
Diuturnior quàm prior, præſertim ſi magnus faucium rubor, non tamen minùs dolorifica, aut periculoſa.

3. Tumor & rubor in faucibus & collo.
Dolor vehemens.
Reſpiratio non difficilis illæſo larynge à fluxione delata in fauces & collum.
Diuturnior priore & minùs periculoſa.

4. Tumor & rubor totus in collo ad pectus vſq;, morbo foràs ſponte ſua deducto, quod bonum eſt. Aph. 37. li. 6. & 50. lib. 7. non autem ad interna conuerſo eryſipelate, ſeu phlegmone eryſipelatoſa. i. angina, quam æſtate & autumno bilioſa fluxio magna ex parte gignit, vt interdum hyeme & vere pituitoſa, morbus non acutus, quæ tamen celerrimè ſanatur. *Hæc angina ſæpe viſa Hip. lib. 2. epidem. rarò viſa Gal.*

5. A luxatis intrò primis ceruicis vertebris, de qua mox in ſignis partium ſpinalis medullæ, affectarum per conſenſum.

1. Cauitas rotunda in ceruice manifeſta ſine paralyſi. *Lib. 2. epidemion.*
2. Angina interdum adeſt pueris magis quam adultis, nullo in faucibus proprio affectu. *Aph. 25 lib. 4.*
3. Dolor partis dum tangitur.
4. Gula citra phlegmonē oppreſſa, & inde ſputi & ciborum deglutitio difficilis, quæ ſi cogitur, per nares cibus regurgitat.
5. Tumor ſub maxilla ſine phlegmone, glandulis colli illæſis.

www.libtool.com.cn

**Per conſenſum cum luxatis, caſu, ictu, tumore præter naturam, vertebris**

- **Primis intrò**
  - **In rectum**
    - 6. Linguæ auctæ & exertæ motus difficillis, & venæ ſub ea ampliores.
    - 7. Naribus loquitur, eliquata columella, licet ſana videatur.
    - 8. Reſpiratio parum ſublimis, niſi quibuſdam horum febricitantibus.
    - 9. Capitis, temporum, colli, venæ, quibuſdam elatæ.
    - 10. Tumor quibuſdam præter naturam gulæ, linguæ, faucium, muſculorum vertebris his communicantiũ, vel gulam laryngi iungentium, vel laryngem aperientium.
    - 11. Oculi non ſubſidentes. Omnes hi euaſerunt.
  - **In obliquũ ſeu verſus alterutrã parte**
    - 1. Paralyſis partis ex qua euerſa vertebra trahitur verſus partem alteram, in quam vergit tumor à vertebra factus. Paralyſis hæc non totius corporis, vt in aliis luxationibus ſpõdilorum fieri ſolet ſed muſculi genę lati, & aliarum partium neruos inde accipientium vſque ad manus, neruos ab ima ceruice ſortitas, coſtis, lũbis, cruribus illæſis.
    - 2. Angina interdum nullo in faucibus proprio affectu.
    - 3. Sputum paucum, moleſtum, coctum ex cocto tumore muſculorum his adiacentium, ſcreatus inter loquendum.
    - 4. Reſpiratio difficilis, quibus aderat febris venę elatæ.
    - 5. Pedes frigidiſsimi. Omnes hi mortui ſunt.
- **In rectum**
  - 1. Gibbus ſeu tumor præter naturam ſine paralyſi.
  - 2. Tenſio partium ſub gibbo internarum, attrahente ad ſe interna corpora neruoſa.

www.libtool.com.cn

Signa affectarum ſpinalis medullæ partium

Aliis foras

In obliquum

Spina in obliquum torta cum paralyſi partium, ad quas nerui ex luxatis vertebris orti perueniunt in ceruice magis (quia foramen in ea per quod nerui excidunt, eſt commune vtrique vertebræ, quarum altera in obliquum luxata, fit ex oppreſsione nerui ad quem vergit luxatio paralyſis, & extenſione oppoſitæ partis phlegmone & conuulſio) in thorace minùs à luxatione, obliqua fit paralyſis: quia ſuperior vertebra magis, inferior minus hoc foramen ſuſtinet. In lumbis minimùm: quia totus neruus ex ſuperiore vertebra excidit, quæ ſi in obliquum fiat luxatio, neruum ſecum trahens, naturalem eius motum ſeruat illæſum.

Si verò intrò vel foras vertebra luxetur anguloſè.i.affatim, ſpinali medulla ceu fracta, partes ſubiectæ omnes læduntur: ſi paulatim & velut in arcum luxetur multæ ſimul vertebræ, aut nihil, aut minimùm læditur ſenſus & motus partium ſubiectarum.]

Affectu proprio ſimilari organico communi citra luxationem

Paralyſis partium omniũ affectæ parti ſpinalis medullę ſubiectarũ dextrarũ & ſiniſtrarũ, ſi vtraq; parte medulla hęc efficiatur, ſi altera tantũ, q̃ illi è regione ſubiacẽt ſolę, ſed omnes reſoluũtur. Si verò nõ tota, vel nõ dimidia omnino, ſed tantũ ad neruorũ à ſpina originẽ vel in deductione ipſi afficiãtur, ſolę partes neruorũ illorũ ꝓpaginẽ ſuſcipientes, ſenſu & motu lędẽtur: vt ſic offenſa vertebra colli prima & ſecũda cutiſmuſculoſa caput ambiẽs, ab his neruos quatuor aſcendentes ſuſcipiens.

Quarta & quinta colli, diaphragma
Septima colli, & prima & ſecunda metaphreni, manus vt cuidam à magna peripneumonia totus cubitus, & tota manus extrema vix ſentiebat lęſo nõ nihil motu lumborum vertebrę, crura — reſoluitur.

Circa os ſacrum neruis reſolutis vel ſine cauſſa manifeſta (quando ęgriùs ſanatur) vel à mora longa in aqua frigida, vel ſeſsione longa ſuper lapidem tunc inuita fit deiectio, & vrinę redditio, calorificis tamen remediis facilè ſanatur. Hiſque (vt per has omnes paralyſes) admotis, nõ parti reſolutę, ſed ſpinali medullę, aut nerui parti cui proprius eſt hic affectus.

In his ſpinæ affectibus,quò vertebræ altiores afficiuntur,eò pericu-loſior morbus eſt,quòd pluribus partibus eſt communis. Vnico autem motu læſo,ſolus muſculus aut neruus eius author læditur: pluribus leſis in diuerſa parte,vel omnes muſculi à cauſſa communi lęduntur,vel neruus illis muſculis communis læditur.

Adde quòd tactus in ſola cute neruos ad tactum ſolùm recipiente poteſt aboleri illæſo motu partium ſubiectarum,qui ſi perierit, earundem ſenſum periiſſe non neceſſe eſt iiſdem neruis effectum. Si autem ſenſus earum perierit,motum quoque periiſſe eſt neceſſe,quòd ad ſenſum parciore,ad motum largiore animali facultate opus eſt.

De ſpinæ imbecillitate in reſpiratione magna, quam etiam efficit ſi eſt in metaphreno,pòſt dicetur in affectibus thoracis.

Signa thoracis affecti:
- Dyſpnœa.i.ſpirandi difficultas.
- Tuſsis.
- Dolor thoracis.
- Sputorum differentiæ.

Signa aſperæ arteriæ affectæ:
- Spirandi difficultas.
- Dolor partis in ea læſæ.
- Sputo excreta ramenta,venarum partes, ſanguinis qualitas,quantitas.
- Vox læſa.

Eadem ratione in aliis partibus internis ſigna hæc 4.præcipua actionem læſam,excretorum differentias,dolorem,tumorem diſquire. Quarum autem partium ægrotantium ſigna ſunt communia multis, vt diſpnœa cordi,arteriæ aſperæ, pulmoni, thoraci, diaphragmati, & aliis partibus multis: tunc ex reliquis ipſarum ſignis locum affectum diſcerne.

Quoniam verò in affectibus plurimis tum præcedentibus tum mox ſequentibus dyſpnœę & dyſphyxiæ.i. reſpirationis & pulſationis difficilis ſiue à natura hominis, dum valebat alienæ, & multùm diuerſæ ſiunt, & à Galeno inter ipſorum affectuum ſymptomata & ſigna paſſim aſſcribuntur. De vtraque communiter nobis eſt paucis dicendum ex lib. dyſpnœarum, Ioanne Vaſſeo Meldenſi medico doctiſs. interprete.

- Inſpiratio.i.aëris in pulmones & eius aſperas arterias & cerebri vẽtriculos anteriores attractio,dilatato thorace.
- Expiratio.i.aëris & vaporũ fumidorum ex dictis partibus emiſsio,contracto thorace.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

**Reſpirationis & pulſationis**

- **Partes**
  - **Propriæ** (Motus contrarij quiete diſtincti.)
    - Diaſtole.i.cordis & arteriarũ dilatatio, aërem, ſanguinem, & ſequi promptiora trahens.
    - Syſtole.i. cordis & arteriarum contractio, eadem expellens, & preter hęc fuliginoſa excremēta ex humorum & vaporum craſsiorum vſtione genita.
  - Per accidens, quietes duæ, vna poſt inſpirationem & diaſtolen breuis: altera poſt expirationem & ſyſtolen, lōgior.
- **Differētiæ ſimplices ſumēdæ à quātitate**
  - Subſtantiæ aëris inſpirate, vel ſpacij, quod percurrit thorax reſpirando, cor & arteria pulſando
    - **Magna**
      - In qua thorax in omnem dimenſionem multùm diſtenditur, vel in qua multa aëris ſubſtantia trahitur, partibus reſpiratoriis ſanis.
      - Et in qua magna vi muſculorum intercoſtaliũ thorax cōtrahitur, vel multus aër fuliginoſo vapore miſtus foràs redditur.
    - Parua illi contraria
    - Mediocris
  - Temporis quo reſpiratio aut pulſatio
    - **Perficitur**
      - Velox in qua thorax, cor, arteria pauco tempore multum percurrit ſpacium
      - Tarda illi contraria
      - Mediocris
    - **Quieſcit**
      - Frequens, in qua thorax, cor, arteria, breuiſsimo tēpore quieſcit.
      - Rara illi contraria
      - Mediocris.
  - (Reſpiratio & pulſatio, q alias quoq; differētias habet à corpore arteriæ.)
  - Ex his nouem differentiis mediocres, eximiæ, omnes dyſpnœæ differentias ſimplices methodo diuiſionis ſex inueniſti.
- Vſus, vtilitas neceſsitas vrgens
  - **Maior**
    - Caloris natiui in corde per reſpirationem, in toto corpore per pulſum refrigeratio & nutritio.
  - **Minor**
    - Spiritus animalis in cerebro nutritio ex inſpirato p nares in cerebrũ aëre & ex ſpiritu vitali elaborato magis in plexu retiformi,

- Cauſſę cōtinētes, & immediatæ
  - Robur idoneum facultatis
    - Animalis, ad mouendum thoracem & partes alias reſpiratorias.
    - Vitalis ad mouendum cor & arterias.
  - Inſtrumēta
    - Reſpiratoria, thorax cū aliis — Animali
    - Pulſatoria cor arteriæ. — Vitali
    - Facultati obediētia: quia tēperata, nō obſtructa, nō cōpreſſa, nō anguſtiam paſſa, non dolentia, non impedita.

www.libtool.com.cn

- Cauſſæ reſpirationis & pulſationis
  - Magnæ velocis
    - Vtilitas ſeu neceſsitas alterutra, vel vtraque vrgentior.
    - Valida virtus animalis & vitalis, qua tamen mediocriter imbecilla, fieri poteſt magna & celeris, ſed multùm imbecilla: pro magna & celeri fiet frequens, ſi poſtulet vſus.
    - Inſtrumentum facultati validæ obediens.
  - Paruæ tardæ
    - Cauſſarum contrariarum vna ſufficit, vt ſolus calor natiuus multùm imminutus, vel
    - Sola virtus imbecilla, vel
    - Sola inſtrumenta inobedientia, aliis duabus non mutatis,
    - Poſſunt duæ ex his concurrere, poſſunt tres, tamen non eſt neceſſe omnes contrarias cauſſas adeſſe.
  - Frequētis
    - Anguſtia, Dolor — Partium reſpiratoriarum.
    - Calor natiuus auctus.
  - Raræ: delirium, calor minutus.
  - Ex his quæ pulſationi cum reſpiratione communia non ſunt, pòſt dicentur.

- Reſpiratio
  - 1. Magna
    - Auctum calorem natiuum, vel aduentitium.
    - Vel occupatam aliis mentem ſeu delirium
  - 2. Parua
    - Partium reſpiratoriarum dolorem
    - Vel caloris natiui refrigerationem
  - 3. Velox
    - Auctum calorem natiuum
    - Vel partium reſpiratoriarum anguſtiam
    - Vel earundem dolorem cum febre
  - 4. Tarda
    - Diminutum calorem natiuum
    - Vel partium reſpiratoriarum dolorem ſine calore aucto.
  - Significat, nullum tamen certò indicat.

5. Frequẽs
- Auctum calorem natiuum
- Dolorem partium reſpiratoriarum, cum & ſine febre
- Vel earundem anguſtiam

www.libtool.com.cn

6. Rara
- Caloris natiui diminutionem ſeu refrigeratio nem
- Vel mentem aliis occupatam, ſeu delirium

Nulla ex his ſex ſimplicibus dyſpnœis per ſe alicuius eſt affectu abſolutum & ſtabile indicium, quia ſingulæ harum per ſe duobu vt paucisſimis affectibus ſunt communes, ergo ex his compoſita ſunt diligenter obſeruandæ, vt quæ certam faciant affectuum indi cationem, præcipuè magna parua cum veloci tarda coniugatæ: & cum frequente rara: velox autẽ tarda cũ frequenti rara, nihil ſimpli citer & neceſſario ſign. ſed cũ magna aut parua ſimul, vt pòſt lege: Dyſpnœæ compoſitæ pulſuum differentiis proportione reſpon dentes.

Dyſpnœa Compoſita

Reſpiratio
- Magna — Velox
- Parua — Tarda.
- Velox — Frequens.
- Tarda — Rara.

Inſpiratio quadruplex
- Magna — Velox.
- Parua — Tarda.

Expiratio quadruplex
- Magna — Velox
- Parua — Tarda

Collatis ambobus motibus, vt in pulſu.

Inſpiratio
- Magna — Magna
- Parua — Parua
- Velox — Velox
- Tarda — Tarda

Expiratio ſimul.

Reſpiratio inæqualis
- In vna motione. i.
  - Inſpiratione
  - Expiratione
    - Facta initiò citi in fine tardiùs, v cõtrà.
    - Interrupta in me dio breui quada quiete. aph. 68. li &li. 12. met. li. 4.
    - Offendens ſpirit & intercidẽs reſpiratio ob muſculorum thorac cõuulſionẽ, vel caloris copiam cogentis ægru continenter inſpirare, expirare.
- In pluribus motionibus ſeu reſpirationibus.

Harum dyſpnœarum inæqualium tot ſunt differentiæ, quot pulſuum inæqualium in vna pulſatione vel pluribus.

www.libtool.com.cn

- **Reſpiratio**
  - **Magna**
    - Velox: Auctum calorem natiuum cum virtutis animalis robore oſtendit,&organorum obedientia.
    - Tarda, In ſolis delirantibus, nō tamen omnibus aut ſemper.
    - Frequens, Auctum calorem.
    - Rara, Delirium, vt lib.1.Prognoſt.
  - **Parua**
    - Velox: Dolorem partiū reſpiratoriarum cum calore aucto magna ex parte ſig. interdum delirium. Nā in nullo ſimplici affectu fit, vti neque ſequens.
    - Tarda: Dolorem partium reſpiratoriarum ſine calore aucto, vel calorem natiuum multùm refrigeratum.
    - Frequens: Partium reſpiratoriarum dolorem vel anguſtiam vel cum his motarum: vt gulæ, ventriculi, hepatis, lienis, dolorem ab intemperie inæquali, tumore calido, ſolutione continui per vlcus, tenſione membranarum, à copia flatuum, humorum calidorum, acrium, frigidorum, lentorum.
    - Rara: Caloris natiui refrigerium ſeu frigiditatem, partiū reſpiratoriarum, præcipuè pulmonis & cordis vehementem.
  - **Velox**
    - Multum, parum, frequans, calorem auctum ſine dolore, quę etiam magna neceſſariò eſt.
    - Parum, multum frequens, calorem auctum cum dolore, quę etiam parua neceſſariò eſt.
    - Rara, dilirio interdum adeſt, & cum hoc calori aucto, ſed nihil neceſſariò ſig.
  - **Tarda**
    - Multum, parum frequens, minorem dolorem ſed maiorem virtutis animalis diminutionem ſig.
    - Parum, multùm frequens, dolorem ſolùm ſig. artis reſpiratoriæ.
    - Frequens æqualiter dolorem eundem & virtutis diminutionem.
    - Rara delirantibus quibuſdam adeſt, & calori diminuto.

Ex his coniugationibus magna frequens, magna rara, parua frequens, parua rara, præter cæteras certum indicant.

Reſpiratio inæqualis vtraque indicat
- Anguſtiam, obſtructionem, compreſsionem arteriarum aſperarum.
- Imbecillitatem facultatis motricis.
- Muſculorum thoracem mouentium conuulſionem, tremorem, palpitationem.

www.libtool.com.cn

Pulſus autem inæqualis in vna pulſatione vel pluribus fit ab anguſtia, obſtructione, compreſsione arteriarum leuium, vel ab imbecillitate facultatis vitalis tantùm.

Dyſpnœæ ſpecies neceſsitate ſola vrgente duabus aliis cauſsis non mutatis.

Calore natiuo, vel ſpiritus animalis diſpendio
- Aucto
  - Parũ, maior planè, nõ tamẽ velocior,
  - Modicè vt in adoleſcentia, in qua etiam ſpiritus animalis eſſentia neceſſariò eſt augenda, — Magna, Velox, Frequẽs
  - Plurimùm, maxima, velox iam frequens
  - Ambabus neceſsitatibus multùm ſimul auctis — Maxima, Velociſsima, Frequentiſsima
- Minuto
  - Parùm, minor planè, non tamen tardior
  - Modicè vt in ætate declinante — Parua, tarda, rara, ſed inæqualiter: nã multò tardior, & rarior naturali, paulò minor
  - Plurimùm, vt in ocio longo — Minor, tardior, multò rarior prædicta, non tamen omnino parua, tarda
  - Ambabus neceſsitatibus multùm ſimul minutis — Minima, Tardiſsima, Rariſsima

(Fit inſpiratio & diaſtole)

Calorem
- Augent cauſſæ morborũm calidorum, lib. de cauſsis morborum. Morbi ipſi calidi, ętas ad annum. 35.
- Minuunt cauſſæ morborum frigidorum, ibidem ſcriptæ. Morbi frigidi, ætas declinans ad mortem vſque.

Virtutem animalem vt cæteras duas, robuſtam faciunt, quę triplicis noſtræ ſubſtantiæ iuſtam quantitatem & aptam qualitatem tuentur, aut efficiunt, imbecillam contraria. vt Gal. lib. 9. methodi.

Inſtrumenta reſpiratoria, & pulſatoria facultati obedientia reddit ſanitas triplex ipſorũ, hoc eſt proba temperies, commoderatio, vnitas, inobedientia contrariæ cauſſæ.

Collectis fuliginoſis excrementis
- Multis, vt
  - In aëre calido, ſicco, vel ſomno p̃cipuè hyberno nocturno, per quẽ cibi & ſucci coquendo multum id excrementum reddunt, præſertim ſi ſalſi, amari, acres ſint, — Magna, Velox, Frequẽs
- Plurimis, maxima, velociſsima, frequentiſsima.
- Paucis, parua, tarda, rara
- Paucíſsimis, minima tardiſsima, rariſsima

Expiratio fit & ſiſtole.

www.libtool.com.cn

Dyſpnœarum ſpecies inſtrumentorum reſpiratoriorum inobedientiam ſolam ſequentes, cauſſis duabus aliis non mutatis.

Dyſpnœa ob anguſtiam indolentem reſpiratoriorum inſtrumentorum
- Arteriæ aſperæ
  - Obſtructæ à
    - Multo, craſſo, lento humore, vt pituita craſſa, & aſthmate, pure in phthiſi, empyemate, ſoluta pleuritide, peripneumonia, ſynanche.
  - Compreſſæ à
    - Crudo phymate, ſcirrho, ipſi aut pulmoni innato.
    - Pulmonis abſceſsibus, compreſsis, luxatis intrò primis ſpinæ vertebris in angina quinta.
- Pulmonis
  - Intemperie frigida, vel ſicca, ceu rigentis aut contracti, & ob id ad motum inepti.
  - Tumore aliquo præter naturam ſine febre occupati. Nam cum febre, vt in pulmonicis, & peripneumonicis alia eſt reſpiratio.
  - Pleni pituita craſſa, vt in aſthmate, pure, vt in dictis affectibus.
  - Nequeuntis contrahi ob anguſtiam aſperarum arteriarum, aut etiam dilatari ob anguſtiam in ſpacio thoracis, vt in empyemate maximè & frequentiſsimè pleuritidas ſequente.
- Totius
  - Natiuam, quę phthiſi obnoxios reddit. Gal. aph. 34. lib. 2.
  - Acquiſitiam, ab
    - Intemperie frigida
    - Humoribus muſculos opprimentibus.
    - Arctis veſtibus.
- Poſterioris à
  - Tumore exorto.
  - Vertebra metaphreni curuata, vel luxata intrò magis quàm in obliquum

Reſpiratio parua, velox, frequens, mediocriter virtute robuſta.

www.libtool.com.cn

Thoracis

- Anterioris à
  - Tumore exorto.
  - Pectoris oſsibus, aut coſtarum cartilaginibus intrò vi aliqua impactis.
- Superioris à
  - Fractis intrò clauib⁹ aut coſtis ſummis.
  - Iugulorum magnis tumoribus.
  - Bronchocele magna.
- Inferioris ſeu diaphragmatis ab
  - Intemperie frigida, ſicca.
  - Tumore duro ipſi innato.
  - Tumore immodico ventriculi (vt in ventroſis, ſaturis) vteri (vt in grauidis) peritonei (vt in hydropicis) hepatis, lienis, colli.
  - Pure nobis rectis per empyema delapſo, vt per alias corporis figuras deorſum ruente.
- Laterali s à
  - Coſtarum intrò luxatione, curuatione, fractura.
  - Tunicæ coſtas ſuccingentis, & internorum muſculorum intercoſtalium tumore ſine febre & dolore.

Licet in horum plurimis poſsit thorax multùm dilatari, vel contrahi, tamen non poteſt plurimum aërem trahere, reddere, propter occupata ſpacia.

Dyſpnœa ob dolorem ſolùm partium reſpiratoriarum { Parua, Tarda, Frequens } Reſpiratio.

Facultate animali imbecilla, nullum neceſſariò adeſt dyſpnœæ ſignum, quia aliter animoſi, aliter delicati reſpirant: licet inæqualitas & inordinatio quædam ſed occulta, adſit in magnitudine & paruitate, frequentia & raritate. Sed quia imbecillitas hæc virtutis animalis ex aliarum partium motu, & aliis ipſius actionibus deprehenditur, vt in Prognoſticis docet Hippocrates, nihil ad hanc noſcendam opus eſt reſpiratione, quam alioqui ſatis indicat motus pinnarum naſi, & muſculorum in homoplatis, omnium actio & conferta thoracis concidentia, poſt inſpirationem.

Dyſpnœa ob calorem cordis auctum cum dolore partium reſpiratoriarũ, vt in pleuritide, peripneumonia
- Minor multò quàm ſolo calore aucto.
- Velox æquè vt calore aucto.
- Frequẽtior multò fit reſpiratio.

www.libtool.com.cn

Facultas enim animalis non propter affectum ipſum, ſed fuga doloris ipſam proſternentis, magnitudinem dilatationis, omnium maximè in affectu doloroſo, vitat ob motus violentiam, maiorem, inflammatæ partis tenſionem thoraci maximè dolorificam: minùs velocitatem, vt quæ citò mota parte ad quietem ceu doloris leuamen feſtinant: minimùm frequentiam ceu omnium minimùm dolentem. Aliter autem vitalis facultas actionibus ſibi neceſſariis perpetuò vacat: quo fit vt in dolore pulſatorio arteria multùm doiet, pulſu magno & veloci, quem quantumuis acerbo dolore nunquam prætermittit, dum poſtulat vſus, ſi inſtrumenta obediant. In hoc igitur pulſus, reſpirationi etiam diſsimilis eſt.

Dyſpnœa in affectu partiũ reſpiratoriarum
- Indolente, vt anguſtia prædicta, parua, velox frequẽs mediocriter, nõ ſumma frequentia
- Dolorifico
  - Sine febre parua, tarda, frequẽs
  - Cum febre
    - Parua, velox vt indolẽs, ſed multò frequentior,
    - tunc quoque expiratio maior, calidior.

Reſpiratio.

Apnœa. i. abolita, vt inſpicienti videri poſsit reſpiratio non tamen verè abolita (nam hæc à vita ſeparari non poteſt) ſed tam exigua, vt viſum fugiat, aut ſi aboletur, eius vicem ſupplet inſenſilis à corde per arterias facta tranſpiratio. Fit hæc in Apoplexia, caro, catalepſi, ſuffocatione ab vtero, omnes animalis partes ſenſu & motu priuantibus.

*Gal. hîc & li. motus muſculorum.*

Reſpiratio libera dum quieſcit animal ab omnibus cauſſis calorem augẽtibus, fit à ſolo diaphragmate, ſi vires motrices valent: ſi imbecillæ ſunt, etiam à muſculis intercoſtalibus, qui ſi non ſufficiãt, quia maiori reſpiratione opus ſit, concurrunt ſuperni omnes thoracis muſculi, quorum maximi ſcapulas ſecum manifeſtè mouent: ad quas & claues & collum thorax, dum ab his ſuperioribus attollitur, fit reſpiratio ſublimis, eadémque maxima. Cuius cauſſæ tres ſunt, calor igneus, anguſtia partium reſpiratoriarum, & imbecillitas tam propria quà facultatis animalis motricis imbecillitatem ſecuta, quæ ſunt contrariæ cauſſis tribus reſpirationis continentibus.

1. Expiratio fit ab omnibus muſculis thoracem contrahentibus.
2. Efflatio.i.vehemens expiratio, ab intercoſtalibus maximè.
3. Efflatio ſonora & ſtrepens, à muſculis faucium.
4. Vox à muſculis laryngis.

www.libtool.com.cn

5. Sermo ſeu loquela, & vox articulata, à lingua adiuta ſuo mediocri vinculo, dentibus, narium foraminibus, labris, palato, gargareone. Harum.5.actionum cùm priores ſint concauſſæ poſteriorum, ſi illæ perierint, hæ quoque abolentur, non contrà.

- Flāmea in corde & pulmone caliditate, vt per pleuritidem, peripneumoniam, ſynanché pręcipuè bilioſas: ſæpe etiam per febres ardentes ſine ſpiritalium partium tumore vel anguſtia
  - Pulſus vehemens, maior, velocior, frequētior, pro caloris incremento, ſi facultas vitalis robuſta eſt. *Cap.5.& 8.lib.4.*
  - Reſpiratio vehemens, magna, velox, frequens, & confertim ac exufflādo (quod caloris aucti proprium eſt) per os ſpiritum calidum & feruētem facta, ſi facultas animalis adhuc robuſta eſt, tunc magnę thoracis dilatationi aëris inſpirati quātitas proportione reſpondet, niſi dolor, tumor, anguſtia obſiſtat.
  - Calor ardens thoracis totius, ac capitis, & faciei tactu perceptus.
  - Rubor faciei & oculorum.
  - Sitis vehemens, potu frigido parum leuata, inſpirato aëre frigido multo, leuata magis.
  - Lingua arida & aſpera.
- Ab intēperaturis & tumorib⁹ prædictis
  - Caloris notæ aut nullæ, aut plurimùm mitiores in pulſu, expiratione calida, calore, rubore, ſiti.
  - Inſpiratio magna ex parte velox, frequens, per quam aër parcior quàm per ſanitatem trahitur etiam multùm dilatato thorace: ſed expiratio ſine efflatione niſi febris ardens acceſſerit.
  - Reſpiratio fit recta ceruice.i.orthopnœa.
  - Dyſpnœa ſano actiones ſolitas obire potenti ſine ſtertore incepta, pòſt aucta in phymate crudo.

www.libtool.com.cn

- **Signa reſpirationis ſublimis coactæ**
  - **Anguſtia partium ſpiritalium indolente prædicta**
    - **A pure**
      - Præceſsit ſynanche, peripneumonia magna, pleuritis magna, ſputis non purgata. Aph. 8. & 15. lib. 5.
      - Sputum ſanguinis cum tuſsi.
      - Vulnus penetrans thoracem.
      - Remiſſa febris ſymptomaticæ, vehementia.
      - Grauitas laterum intùs in imo thorace rectis.
      - Fluctuatio in thorace audita præcipuè moto celeriter & valenter corpore.
    - **Ab humore defluente ex cerebro, vel partibus vicinis in pulmones aut ſpacium thoracis citra febrẽ**
      - **Multo craſſo, lento**
        - Dyſpnœa dicta, & cum ſtertore mox vbi cœpta eſt anguſtia.
        - Sputum paucum etiã cum tuſsi validiſsima: quia tenaciùs hęret humor, quàm vt per hanc poſsit euelli, & leuari ad fauces vſque.
        - Idem accidit, ſi humor tãdem in dictis ſpaciis talis euaſerit.
      - **Seroſo, liquido, aquoſo, pituitoſo**
        - Dyſpnœa dicta.
        - Sputum initiò tenue & paucũ, tuſsi etiam magna excretum. Nam tuſsi leuatum, ab expirato aëre diuulſum, in pulmones refluit. Poſteà coctum & modicè craſſatum (quale tenuis & craſsi medium fuerit) à viribus thoracis valentibus cum mitiore tuſsi copioſiùs excretum.
  - **Vtraque ſimul vt in peripneumonia precipuè eryſipelatode**
    - Pulſus magnus, languidus, frequens multùm, inæqualis in pulſatione vna & multis. Gal. in eiſagoge pulſuum.
    - Reſpiratio maxima, velociſsima, frequentiſsima facta, cùm nõ ſufficiat, ſurgunt ęgri faciliùs ſic inſpirantes.
    - Rubor genarum maximus, curatu difficilis eſt.

Imbecillitate ſpinæ, vel partium aliarum reſpiratoriarum, vt diaphragmate, propria intemperiem ſequente aut per conſenſum cũ cerebro.

- Pulſus non mutatus.
- Nullus ardens in thorace calor magnam inſpirationem aut feruidam expirationem cogens.
- Reſpiratio non velox, non frequens, ſed rara valde, non facta ore, ſed ſolis naribus efflant.
- Thoracis dilatatio & contractio cum motu pinnarum naſi minor, quàm dum à calore vel anguſtia, vel vtraque fit hac imbecillitate cum alterutra prædictarum cauſſarum iuncta: curatio difficilis cum ambabus (quod rarũ eſt) mors proxima timenda eſt.

Signa imbecillitatis diaphragmatis

Propriæ: Muſculos intercoſtales ſemper, interdum etiam ſuperiores ad reſpirationem æger excitare cogitur, niſi dum zona contractis hypochondriis ſolo diaphragmate ſic ceu firmato quietas reſpirat.

Hæc autem imbecillitas propria intemperiem ſequitur, vel primò, vel quæ phlegmone ex ictu, vel cauſſa alia ſucceſsit.

Per conſenſum:
- Cum cerebro muſculos thoracis mouente per facultatem animalem nunc imbecillam, tunc noxa motionis multis partibus eſt communis, vt in paralyſi, apoplexia, tetano: cuius virtutis proſtratæ ſignum efficax eſt, pinnarum naſi inſpirando contractio.
- Cum neruis à ſpina colli in ipſum delatis, ſiue hæc ſola ſit, ſiue etiam cum propria imbecillitate iuncta, ægrè diſcernitur.

Signa aliorum diaphragmatis affectuum dicta partim in phrenitide, partim in dyſpnœa. Eius item affectus quidam quòd manifeſtè apparent, ſunt à re propoſita alieni. *Cap. 3. lib. 5.*

Hactenus attigi abundè, quantùm ex reſpirationis, aut pulſuum noxa, medicus firmare poſsit cognitionem affectuum in partibus reſpiratoriis, vt thorace, pulmone, corde, diaphragmate: & partibus propè omnibus ventris inferioris, quæ cum predictis, aut etiam cum muſculis octo epigaſtrij mouentur efflando, ſpiritum cohibendo. Nunc ad penſum redeamus, hoc eſt, affectus partium laryngi, & ſpinę (quas poſtremas percurrimus) vicinarum.

www.libtool.com.cn

**Signa hæmorrhagiæ per os factæ**

- A cerebro per foramina palati & fauces in aſperam arteriam primum illapſæ, inde tuſsi reiectæ
  - Sāguis nihil aut minimū ſpumoſus expuitur, & emungitur.
  - Capitis dolor, aut grauitas, aut ictus vel præceſsit, vel adhuc fit.
  - Senſus quidam caloris in deſcēſu, & ſaporis ſanguinis, in ore percipitur.
- Ab hirudine
  - Spacio ſuper os palati hærente
    - Sanguis, tenuis & ſeroſus ſine tuſsi ſcreatus, & emunctus pluribus diebus, ſine capitis dolore, grauitate præſente, præterita, aut ictu.
    - Hirudo die tertio aut quarto aucta, viſui ſub luce ſplendida apparens in meatu narium, aut foraminibus palati.
    - Præceſsit natatio & merſio in ſtagno, vel aqua alia hirudinibus plena.
  - Potu deuorata
    - Vomitus cruoris tenuis & ichorôdis, id eſt, ſeroſi Homo cætera ſaniſsimus.
    - Præceſsit potus aquæ ex impuro fonte hirudinibus ſcatente.
    - Amaris & acribus epotis deturbata hirudine, ſanatur.
- A vētriculo & gula, venis horū meſaraicis, vel ꝓpriis.
  - Eroſis à medicamēto acri, cauſtico, venenoſo, acri humore. Sed vlcus à rupto vaſe, vel vitioſorum affluxu natum eroſionē præcedit, vt in cute ſæpe accidit.
  - Inciſis à vulnere magno.
  - Ruptis violento vomitu, vel copia ſanguinis ſupra vires ibi nata, vel à toto corpore profecta.
  - Expultricis robore.
  - Retentricis imbecillitate.
    - Vomitꝰ ſanguinis multa vētriculi pituita miſtus.
    - Deiectio ſimul, vel paulò pòſt cruoris concreti, nigricantis.
    - Præceſsit ictus, caſus, ſumptio erodentium.
    - Dolor in parte eroſa vel rupta ſentitur, præcipuè deglutiēdo. Si autē aperto vaſe vomatur, nullus in parte dolor adeſt, nec cauſſa ruptionis p̄ceſsit.
- Faucibus & partibus oris ad columellam, aperto vaſe per
  - Eroſionem. Inciſionē, & cæteras cauſſas p̄dictas
    - Screatus ſanguinis vulgò raſcatio.
    - Solutio continui in dictis locis apparens lingua per ſpecillum vel digitum depreſſa.

Ore, gingiuis, lingua, bucca interna, vaſe aperto per
- Eroſionem.
- Inciſionem à morſu, commanſu vitri, oſſium, & aliorum ſimiliter ſecantium
  - Sputio ſimplex.
  - Solutio continui manifeſta ſenſui.

www.libtool.com.cn

Partibus ſpiritalibus, vt pulmone, aſpera arteria, thorace, vaſis horum
- Eroſis ab acri materia ibi genita, aut à cerebro, vel aliunde miſſa.
- Inciſis à vulnere magno.
- Cõtuſis
  - Lapſu ab alto
  - Ictu à duris violento
- Tenſione fractis, vt in acuta primùm voce, nõ præmollitis pulmonibus per voces blandas. lib. 2. ſanit.
  - Sanguis cum tuſsi reiect⁹, & alia cuique harum trium partium propria nunc dicenda.

Signa hæmorrhagiæ ex

Pulmone. De hac fol. ab hinc. 3. facie. 1.
- Sanguis ruber, ſpumoſus. Aphor. 13. lib. 5. primis aliquot diebus ferè paucus, & ex paruis interuallis. Pòſt, aucta interdum eroſione, repentè multus cum tuſsi ſine cauſſa externa reiectus, cum nullo aut paruo dolore, eóque in vaſis: quia portio neruorum à ſexta coniugatione in pulmonis tunicam tantùm, non etiam in pulmonis carnem diſtribuitur, & tunc in parte læſa ſentitur dolor quidem remiſsior ab inſpiratione frigida vel mordaci, vt aëris fumoſi, rerum acrium: reiicitur etiam interdum cum ſanguine portio bronchij, carnis, aut vaſorum pulmonis. AEgrè ſanatur hoc vlcus, & initiò. Nam inueteratum, ſi quando ſanetur inducto callo fiſtuloſo, eum abraſum leui occaſione tandem expellit cum exigua gutta ſanguinis: ob id periculoſa eſt hęc hæmorrhagia. lib. 5. meth.

Thorace
- Sanguis paucus, niger, grumoſus, ex thorace per pulmonẽ eductus per expirationem violẽtam, vt ex pleuritide, & pus ex empyemate, vt cap. 2. lib. 5. dicitur.
- Cum dolore partis eius thoracis, à qua effluit ob neruos multos à metaphreno & ceruice diſtributos in thoracis muſculos, hæc vlcera magna ex parte tandem ſanantur.

www.libtool.com.cn

*li. 5. met.*

**Aſpera arteria**
- Sanguis paucus, ob vaſorum in ea paruitatem, ruber & calens.
- Ramentum maius & craſsius, parua etiam tuſsi mox reiectum.
- Dolor perceptus non inſpirando tantùm frigida, vel aliter mordentia, ſed etiam deglutiendo, præſertim ſi ad laryngem eſt vlcus, & attractu auctus, pars bronchij maioris vaſis, minoris interdum ſimul reiicitur.

*Cap. 7. lib. 4.*

**Laryngis & internæ eius membranæ**
- Humectatæ immodicè
  - Saliua
  - Potu
  - Iuſculis
  - Catharrho
  - → Vox rauca magis ſub his cauſsis. Minùs ſub contrariis ſiccantibus.
- Ceu inflammatæ cum ſuis muſculis à voce vehementi, clamoſa, veluti boatione
- Abraſæ vel eroſæ.
- → Vox rauca cum partis ſiccitate & ſputo nullo aut craſſiſſimo.

**Muſculorum laryngem mouentium**
- Præcipuorũ .i. aperientiũ & claudẽtium, laborantium
  - Affectu ꝓprio
    - Cynanche, vel alio tumore laryngi innato.
    - Imbecillitate, ab intemperie, palpitatione, tremore, conuulſione, concuſsione, tenſione immodica per vocem acutiorem, maiorem.
  - Per conſenſum cum
    - Luxata intrò vertebra ceruicis, de qua angina priùs dictũ eſt.
    - Tumore aliquo gulæ laryngẽ vel membranoſam aſperæ arteriæ partem comprimẽte.
  - → Vox & reſpiratio leſa .i. abolita, debilis, deprauata, pro cauſſarum lædentium ſpecie, magnitudine, multitudine.
- Aliorum, de quibus li. 16 vſu partiũ. & in neurotome Galenus,
  - → Vox & reſpiratio minùs læſa.

www.libtool.com.cn

**Signa partium in voce vitiata affectarum**

- Neruorum vocaliũ in hos muſculos inſertorum & vim motus & ſenſus à cerebro his deferentiũ
  - Præcipuorum .i. recurrentium à ſexta cõiugatione thoracẽ ingreſſa
    - Inciſorum per tranſuerſum cum aſpera arteria in magnis eius vulneribus.
    - Perfrigeratorum curatis in aëre frigido eius loci vlceribus.
      - Animal mutum, ſi amborum vſus pereat.
      - Semiuocale, ſi alterum tantùm ſic offendatur.
    - Euulſorum per imperitiam ſimul cum chœradibus.
    - Eadem contingunt, ſi ſexta coniugatio tota per collum vtrinque, vel altera parte ſic afficiatur.
  - Aliorũ à
    - Sexta coniugatione obiter per collũ deſcendentium.
    - Septima coniugatione in aliquos muſculos germina quædam largita, vocis noxa minor.
- Thoracis
  - Perfoſsi magno vulnere
    - Semiuocale & ſemiſpirans animal redditur per accidens priuatum ſcilicet efflatione vocis materia, quam perficiunt maximè intercoſtales muſculi, niſi vulnus obturetur: quòd ſi mediam thoracis membranam penetret, mutum fit animal, & celerrimè ſuffocatur.
  - Reſoluti ĩ pte
    - altera
    - vtraque
      - Vt in apoplexia, ſic in caro, catoche, epilepſia vox læditur: quia omnes voluntariæ actiones læduntur, ſiue ſpinæ partes primæ ſolæ, ſiue etiam cum cerebro afficiantur. Quæ verò cauſſæ vocis viciatæ eſſe poſſũt in lingua gargareone, naribus, pditis dẽtibus primis, labris curtatis, ſenſui ſunt manifeſtæ, ob id à propoſito alienæ.

*Cap. 2. lib. 5.*

www.libtool.com.cn

- Signa thoracis affectuum
  - Propriorum
    - Muſculorum inflammatorũ
      - Supiorũ
      - Intercoſtalium
        - Externorum
          - Febris minùs acuta
          - Dolor lateris minor
          - Reſpiratio parua min⁹
          - Nulla tuſsis adeſt.
          - Nullum ſputum.
          - Pulſus nec tenſus nec durus.
          - Quã in pleuritide vera incocta. hæc autẽ notha pleuritis dicitur, cum duo genera hæc muſculorum & maximè intercoſtale inflammatur.

          Nam ſuperni vt cutis, coſtarum affectus dolorifici, contuſiones phlegmonæ, eryſipelata, abſceſſus, vlcera ceu viſui & tactui manifeſta, hîc non docentur.
        - Internorũ pleuram tãgentium
          - Dolor grauior.
          - Fluxio phlegmones cauſſa in thoracis ſpacium per pleuram cum his muſculis inflammatio tranſmittitur, & ſputum fit coloratum vt in pleuritide vera.
          - Nam hæc veræ & nothæ eſt media.
    - Tunicæ coſtas ſuccingentis primò inflammatę intercoſtalibus internis cõſentientib⁹ ſeu pleuritidis veræ
      - Dolor lateris punctorius & tẽſiuus, interdum ad iiugulum & claues, ſi ſuperiora ſpacia intercoſtalia laborant: interdum ad hypochõdrium & diaphragma ſi inferiora, interdũ ad neutrum. Eſt enim ſignum accidens.
      - Febris acuta, quia pars inflammata cordi vicina, & pericardio ac diaphragmati connexa, cui ſæpe delirium adeſt.
      - Reſpiratio difficilis, ſcilicet parua, frequens, pręcipuè vbi pleuritis eſt inferior. * (* *Cap. 2. lib. 3. loc. affect.*)
      - Pulſus paruus, durus, tanquam tenſus, ab arteria dura tenſa magis, inflammata magis, pleura minùs, inflammatis magis muſculis intercoſtalibus internis.
      - Tuſsis
        - Initiò ferè ſicca. i. ſine ſputo colorato, q̃ res ſi perſeuerat, pleuritis eſt incocta, & eadẽ vel diuturna, vel citò necans.

Cũ ſputo poſt
Pallido aut flauo, à bilioſa quæ crebrior, vt peripneumonia pituitoſa
Rubro, à ſanguinea
Nigro, à melancholica
Spumoſo & candicante, à pituitoſa
Pleuritide.

www.libtool.com.cn

A pleuritide enim per tunicam continentem multò tenuiorem & imbecilliorem cute (per quam ſaltem eroſam pus largum effluit) primùm ſanies tenuis, vt dictum, colorata reſudat & tranſcolatur in ſpacium thoracis, deinde & pus tenuius, ac etiam tandem craſsius in idem ſpacium erumpit. Ex quo per tuſsim valentiorem factam validiſsima & celerrima thoracis contractione pulmones vndique comprimente, in ora aſperarum pulmonis arteriarum extima, tantò ampliora orificiis aliorum duorum pulmonis vaſorum, quantò truncus truncis amplior, & ob cartilagines etiam in expirationis fine non omnino concidentia exploditur & impingitur, ac inde puto expectoratur, vt hydromeli in vlcus thoracis penetrans iniectum, vt ſanguis ex vulnere thoracis penetrante, vt pus ex empyemate in eaſdem aſperas pulmonum arterias tranſumptum expuitur; niſi viribus deſtituti ſuffocentur. Nõ autem pleuritidis materia orificiis arteriarum læuium phlegmonem tangentibus incidit: inde in magnam arteriam leuem dorſo incumbentem, & inde in pulmones (cùm nulla ab illa in hos hîc ſit via) cum Eraſiſtrato tranſumpta.

Per cõſenſum cum
Partibus vicinis, & quæ reſpirãdo mouentur, vt hepate, liene, ventriculo, affectis
Spina aut neruis ab ea ad thoracem proficiſcentibus

Reſpiratio parua, frequens.
Tuſsis ſicca & ſaltem ſine ſputo colorato.
Dolor in parte primò affecta pro affectus & particulæ affectæ natura.

Dolor
Grauis
Tenſiuus ad pectus & ſpinam, quibus partibus pulmo per ambientem membranam hæret.

Phlegmones. i. peripneumoniæ
Pulſus inæqualis in vna pulſatione & multis ſimul ſine vlla duritie.
Difficultas ſpirandi tanta, & anguſtia magnarum in pulmone arteriarum, & grauitas intra thoracẽ tanta, vt æger metu ſuffocationis, cogatur rectus ſedẽs reſpirare.

**Pulmonis affectus reliqui, & ſigna**

- **Phlegmones. i. peripneumoniæ**
  - Febris acuta ex affectu calido, & partis affectæ ſitu prope cor, cui comes ſæpe delirium.
  - Expiratio calida, qua ſi plurimum efflãt, & multum aërem frigidum inſpirent iuuentur.
  - Tuſsis cum ſputo, ruſo, flauo, à bile: rubro à ſanguine: candido, ſpumoſo, à pituita: nigro, liuido, à melancholia.
  - Grauitas thoraci incumbens ſentitur.
  - Dolor ex profundo ad thoracem præcipuè quâ pectus eſt, & ſpina, affligit.

www.libtool.com.cn

- **Eryſipelatis**
  - Incendium intolerabile, expiratio calidior, quâ magis iuuãtur, & inſpirato multò aëre frigido quàm in phlegmone.
  - Anguſtia & grauitas minor ægro percepta.
- Eryſipelatis phlegmonodis, aut phlegmones eryſipelatodis, media horum extremorum.
- **Intéperiei ſine humorum afluxu**
  - AEqualis
    - Moderatæ, reſpirationis rhythmus & concinnitas vitiatur.
    - Immodicæ
      - Calidæ
        - Aëris
        - Potus
          - Frigidi cupiditas, finitur tandem in febré.
      - Frigidę
        - Plurimùm pulmo fluxione repletur.
        - Min⁹
          - Aëris
          - Potus
            - Calidi deſiderium.
  - Inæqualis, Tuſsim excitat.
- **Obſtructionis à multo, craſſo, lento humore in arteriis eius**
  - Leuibus
    - Primò, Inęqualis pulſ⁹ in vna & multis pulſationibus.
    - Anguſtia arteriarũ pulmonis.
    - Pòſt, Spirandi parua difficultas, & cordis palpitatio, affectu à pulmone ad cor trãſeũt.
    - Quibus pòſt auctis mors ſupuenit, curãtur remediis aſthmaticorum.
  - Aſperis, Orthopnœa ſuſpirioſa, &c. in anguſtia dicta.
- **Exeſo ab acri in pulmoné ex cerebro fluxione**
  - Ramentum cum tuſsi expuitur.
  - Sputũ ſanguinis exiguũ præcedit.
  - Pòſt ſanguis affatim vacuatur.

www.libtool.com.cn

- **Hæmorragiæ, vaſe**
  - Rupto à cauſſa
    - Externa recẽti & ſubita
      - Caſu ab alto in ludo, certamine.
      - Ictu lapidis, ligni, alterius duri & grauis violenter impacti.
      - Ira cum clamore.
      - Voce acuta, violenta, præcipuè non præmollitis per voces mitiores pulmonibus, vti ad exercitationem muſculi, frictione aut blandis motibus calfactis, præparantur.
    - Interna
      - Tenſione extrema vaſorũ pulmonis, & reliqui corporis
        - Immodicè plenorum ſanguine, vt in athletis aph. 2 lib. 1. vel aliis humoribꝰ ſolis: aut cũ ſpiritu flatuoſo crudo frigido
        - Modicè plenorũ, ſed tendi cõtumaciũ, ꝗ ceu obduruerunt à frigore, vel innato, vel partium vicinarum.
  - Aperto à calore
    - Aëris
    - Balnei,
    - Alimenti, &c. calfaciẽtium.
- **Vlceris**
  - Pulmonis
    - Sputum cruentum, interdum rufum, non acre.
    - Pòſt purulentum, & iterum cruentum.
    - Ramentum tenue, paruum.
    - Portio pulmonum carnis præcipuè moribundis.
    - Bronchium paruum.
    - Sẽſus doloris parui obtuſior inſpirato aëre frigido, acri.
    - Febricula, tabes, mors, vt nulla exiccatione ſanetur.
  - Aſperę arteriæ & epiglottidis
    - Eadem quæ pulmoni ſed maiora, niſi quod ſanguinis & puris minus, niſi magnum ſit vlcus, nec hecticam aut tabem affert.
- **Grandinis ex humore craſſo & lẽto concretæ vi caloris**
  - Sputum craſſum & lentum primùm expuitur cum tuſſi. Poſteà grandini ſimile colore & cõſiſtentia erui magnitudine corpuſculũ, nũc flauius, nũc vireſcẽs, & odoris ferè tetri nõnullis læthale malũ, etiam ſine ſputo ſanguinis, quibus ſcilicet ex pulmone eſt: ſine periculo, quibꝰ à ſinu bino ad radices epiglottidis gignitur.

Vt cerebrum,ſenſus & motus: hepar, nutricis facultatis principium eſt : ſic cor ceu fons eſt caloris natiui,cuius temperie partes cæteræ actiones ſuas perficiunt,qua pereunte,actiones omnes pereunt. Ob id nullum animal moritur,niſi cor afficiatur , immodicáſque cordis intemperies ſemper mors ſequitur , cùm ſine hepatis & cerebri actione animal poſsit viuere,modò reſpiratio thoracis adſit,qua abolita,vt in apoplexia magna ſubita mors,muſculis thoracem attollentibus priuatis mouendi facultate , quam à cerebro per neruos à ſpinali medulla ceruicis ortos,& in ſe diſtributos,recipere ſolent.

*Cap. 77. artis*

- **Propriorum**
  - Vitalis roboris imbecilli — A validis animi paſsionib⁹ facilè vincitur: non vincitur autem validum animi robur magnanimorum.
  - **Intemperiei**
    - Solius æqualis, vt in hectica. Inæqualis in aliis febribus, exiguæ —
      - Reſpiratio difficilis,varia.
      - Pulſus varius pro cuiuſque intemperiei natura in lib.pulſ.dictus & dyſpnœa,hęc etiam maior , mortem ſubitam non inducit.
      - Febris. Perfrictio.
      - Doloris cordis proprietates.
      - Colorũ differẽtiæ. Excãdeſcẽdi celeritas, tarditas. — Febris acutiſ. phrenitis , incendium intolerabile , dyſpnœa ingens.
    - Cũ humore. i. tumoris præter naturam —
      - Eryſipelatis cœpti ( nam auctũ mox occidit)
      - Phlegmones — Febris &c.mitiora q̃ in eryſipelate.
      - Tumorum aliorum qui etiam ſubitò enecare poſsint præcedentibus ſignis q̃buſdam,vt exolutione multa & frequenti ſine cauſſa manifeſta.aph. 41. lib.2.
  - **Vulneris**
    - Ventris p̃cipuè ſiniſtri — Cũ magna hæmorrhagia mors ſubita.
    - Subſtantię cordis ventribus intactis — Mors interdum die 2. ob ortam phlegmonẽ, ſed illęſa interim principe animæ facultate, quippe quę in cerebro non in corde reſidet. Nam Inflammato corde multi gladiatores ſunt mortui , qualiter qui obeunt cardiaca ſyncope.

Syncopes

www.libtool.com.cn

**Signa cordis affectuum**

- Syncopes cardiacæ prædictos affectus & ſyncopen ſtomachicã ſequentis & humorem venenoſum.
  - Prædictorum affectuũ ſigna præceſſerunt, aut ſyncopes ſtomachicæ.
- Tremuli motus cordis ſeu palpitationis à multo ſanguine in corde contenti, vel ab affectibus pericardij ſequentibus.
  - Multi ſanè adoleſcentes & iuuenes ſine alio ſymptomate manifeſto palpitationẽ ſubitò ſenſerunt. Hos omnes venæ ſectio quotannis vere iterata iuuit: quoſdam ſanauit, præſertim eos, qui extenuante & victu & medicamento vtebantur: tamen omnes ante ſenectutem inter annos 40. & 50. moriũtur, quidam cum acuta febre, alij ſine febre confertim ſyncope oppreſsi, alij aliter.

**Per conſenſum, cum**

- Pericardio parte ignobili ſpaciũ cordi dilatãdo deſtinatũ occupante.
  - 1. Tumore præter natura
    - Phlegmone, citò cor conſenſu afficit, & periculoſa eſt. Molli humorem in ſe continente qualem hydatides puſtulæ.
      - Signa cordis phlegmones ſed mitiora.
    - Duro ceu membranis multis ſibi inuicem impoſitis conſtante ſine humore, œdemate, ſcirrho, &c.
      - Palpitatio à venæ ſectione nõ adiuta, &c.
    - ſed periculo carent, vt aliarum partium nobiliores tegentium vel munientium affectus.
  - 2. Humore vrinæ ſimili tam multo vt cor dilatari, quantum exigit neceſsitas, prohibeatur.
    - Palpitatio à venę ſectione non adiuta, ſed ſolis attenuantibus.

**Per conſenſum cum**

- Stomacho .i. ore ventriculi
  - Syncope ſtomachica dolorem ſtomachi vehementem ab humore bilioſo, venenoſo, phlegmone, eryſipelate in eo excitatum ſequens conſentiente tamen corde.
- Hepate affecto & vẽtriculo
  - Nutritio cordis vt aliarum partium abolita, ob id mors tandem ſuccedit, ſed longo pòſt tempore. Nam ſine alimento per hepatis & ventriculi affectus, vel alia ex cauſſa vixiſſe aliquandiu multi vſi ſunt.

Per cõſenſum cum
Cerebro in vehementi

- Apoplexia
- Epilepſia
- Catalepſi
- Caro
- Lethargo

Muſculorum thoracis actio, & ab his reſpiratio perdita. Quo fit, vt cordis temperie diſſoluta, mors neceſſariò ſtatim ſuccedat.

- Timore
- Gaudio, & aliis animi affectionibus ob imperitiam validis

Mors ſubita animæ eſſentia facilè diſſoluta, præſertim quibus vitale robur eſt infirmum.

Mœror autem tardiùs occidit.

www.libtool.com.cn

Exigere hic locus ſigna febrium (quę cordis & reliqui corporis ſunt intemperies calidæ) videri poſsit: ſed cùm ea res maior ſit, quàm vt paucis doceri queat, mihi ſatiùs viſum eſt ea cõiicere in librum, in quo eadem qua hæc facilitate, febrium omnium differentias, cauſſas, ſigna curationem ex Galeni libris omnibus collegi propediem editurus, ſi hunc laborem noſtrum medicinæ ſtudioſis placere intellexero. Ad rem igitur propoſitam redeamus.

Signa diaphragmatis affectu proprio laborantis, aut per cõſenſum cum neruis ſuis, aut cum cerebro, dicta ſunt partim in phrenitide, partim poſt dyſpnœas, quòd ea parte reſpirationis liberæ authore læſa, reſpiratio quoque lædatur.

Partem inter fauces & os ventriculi mediam Ariſtoteles cum priſcis œſophagon, id eſt, viam cibi, propriè vocat. Gal. lib. 4. vſus partium. At eo poſteriores communi nomine ſtomachum vocârunt. Is, via eſt eorum quæ deuorantur & vomuntur, iuuátque tunicæ internæ, villis rectis, deglutitionẽ ſemper neceſſariam actionem, externæ tranſuerſis vomitum nobis ſolùm tunc neceſſarium: quando ventriculus alimenti vel excrementi quantitate aut qualitate, aut veneno offenditur, aut cùm à partibus infernis reuellendum eſt.

Duo igitur affectuum genera huic parti accidunt, vnum ceu vię eorum quæ deuorantur aut vomuntur: alterum ceu inſtrumento deglutitionis & vomitionis.

Obſtructionem à bolo craſſo, lento, duro, vt panis buccella, piſce integro, capi muſculo, pterygio toto, oui integro vitello, ſpinis piſcium, pilis animalium.

Hæ cauſſæ externæ præceſſerunt, quibus ablatis ceſſat affectus.

Signa gulæ affectuum, id eſt,

- Viæ deglutiendorum & vomendorum in eo anguſtioris propter Côpreſsionem à
  - Tumore aliquo præter naturam ipſi, aut, muſculis ipſum inuoluentibus, innato.
    - Deglutitio inæqualis & nunc dolorifica, nunc propè indolens, de qua mox.
  - Luxata intrò vertebra colli aut metaphreni, quibus incubat œſophagus
    - Deglutitio inæqualis, & ſigna alia dicta in angina.
- Deglutitionis & Vomitionis læſæ
  - Imbecillæ, ab intemperie ſola ſine tumore preter naturam
    - Cibi tranſitus per gulam tardus, ſeu deglutitio difficilior, præſertim ſupino: erecto facilior.
    - Deglutitio indolens, equalis, & ſine vllo anguſtiæ ſenſu.
  - Impeditæ ob anguſtiam gulæ à tumore aliquo præter naturá
    - Præcalido inflammatorio, vel eryſipelatode magis
      - Multus calor in gula perceptus.
      - Febris non valdè calida, niſi tumor ſit magnus, & præcipuè œſophagi parte ſiniſtra, arteriæ magnæ coniuncta.
      - Sitis maior quàm pro febris magnitudine.
      - Dolor deglutiendo grauiſsimus: omnis enim pars ſentiens inflammata, cùm mouetur vel agendo, vel aliter, dolet magis, dum quieſcit, minùs.
    - Parum calido vt œdematode, ſcirrhode, abſceſſu coctu difficili
      - Calor, Febris — Abeſt, niſi ſi quando ſuppurentur diaria cũ horrore.
      - Sitis
      - Dolor adeſt exiguus.
  - Vlcerata gula
    - Vlcerantia, vt cauſtica & venena calida præſumpta ſunt.
    - Tumor aliquis ex prædictis in ea præceſsit, qui ſuppuratus, vel citò ſi calidus erat, aucta tunc febre: vel tardiùs, ſi parum calidus erat, facto tunc horrore & febre diaria erupit tandem in capacitatem.



www.libtool.com.cn

- Pus reiectum cum vomitu & deiectione multis deinceps diebus
- Dolor in parte vlcerata præcipuè deglutiendo acerba,acida, ſalſa,amara,acria:quorum hæc mordendo illa aſtringendo ſunt dolorifica.

www.libtool.com.cn

In his affectibus omnibus dolet ſpina colli , aut metaphreni , quòd ꝫla ei inſidet,inhæretque. Adhæc deglutitio facilior eſt erectis, quòd imentum tunc etiam per ſe inſita grauitate deſcendat,etiam ſi deglu endo non trahatur,difficilior ſupinis, quòd à ſola propè deglutiendi i fiat. Vomitus autem facilior pronis cubantibus , difficilior erectis, ꝫgris & ſanis vtrunque hoc commune eſt.

Quoties in meatus eſt anguſtia,deglutitio eſt inæqualis: quia prima ;ulæ parte facilis,è regione anguſtiæ hærent ingeſta præcipuè maiuſula,duriora,ceu tranſitu prohibita,in reliqua parte iterum facilis.Po.us autem deuorari tentatus ſæpe ad nares regurgitat, præſertim magna anguſtia.De hæmorrhagia ex gula & ventriculo dictum priùs.

Os ventriculi καρδίαν,id eſt,cor veteres vocârunt,quòd ſyncopen vti cor,accerſat,nunc ſtomachus medicis dicitur.

- Proprij
  - Appetentia læſa
    - Deprauata
      - Ciborum malorum immodica , canina & lupina appetentia,plurima ſubinde appetens & mox vomẽs, vt acidorum,acerborum,acrium,etiam carbonum & teſtarũ in citra ſeu malacia.i.pica mulierum vtero gerentium ad tertium à conceptu menſem:& interdum in viris à ſucco vitioſo tunicis ventriculi imbibito.
    - Debilis,ab intemperie præcipuè calida.
    - Abolita,in qua nihil appetitur.
  - Corruptio ciborum in ſtomacho natantiũ, qui ad fundum ventriculi contracti non corrumpuntur,niſi ſint natura corrumpi habiles.
  - Cardiogmus,id eſt,cordis morſus.
  - Nauſea.
  - Singultus.Horum omnium cauſſæ in lib.de cauſsis ſymptomatum dictæ.Signa autem ſenſui ſunt manifeſta.
  - Morbi
    - Similares.i. intemperaturæ dicti li.de cauſſis morborum.
    - Inſtrumẽtales & cõmunes,vt phleg.eryſipelas,abſceſſus,vlcus,ſanguinis reiectio:quorũ ſigna ſiue in ſtoma. ſint,ſiue in vẽtriculo, ſunt cõmunia ſimilibus gulæ affectibus, ſed notiora ob ſenſum ſtomachi exactiorem

& ventriculi. Quòd autem ſanguis & pus ex hepate & liene per ventriculum & ſtomachum vacuentur interdum, pòſt dicetur in inteſtinorum affectibus.

Cuius ſunt ſigna:
- Febris acuta & maximè ſtuoſa.
- Pulſus frequens, obſcur[us] ſed circa cor vehemen[ti]or & magnus.
- Frigida extrema.
- Sudor faciei, colli ad pect[us] vſque.
- Terreſtris corporis marc[or] pro viuido nitore.
- Deſperatio, angor anim[i], corporis iactatio.

Affectus ſtomachi

Ex ipſo orti, ſed abſoluti in conſentientibus ei aliis partibus

Corde: Cardiaca diſpoſitio, Syncope ſtomachica, cui acuta protinus ſyncope cardiaca ſuccedit, qualis corde vehementer intemperato accidit. Fit autem ſtomachica ſyncope, ob dolorum ipſi[us] proprietatem eius quoq; intẽperie ad cor fortè perueniẽte.

Cerebro, vapore vitioſo ad ipſum elato:
- Delirium quibuſdam fit ex vitio oris ventriculi, & pa[ra]rancœę ſeu par..copæ, & inſomnia, & ſomni tumul[tuoſi].
- Sopor nam ſoporoſi per febres quidam protinus fact[i] permanſerunt, donec cibos omnes vitioſos, ſtomachum grauantes, vomitu vacuarunt.
- Epilepſia & conuulſio, vti in cerebri affectibus prædictum eſt.

Gignitur, acceſsiones habet & ingraueſcit.
- Vehementer docendo, & cogitando
- Inedia longa, Ira
- Improba in ventriculo coctione
- Vini meracioris larga potatione
- Venere immodica & intempeſtiua
- Criſi per vomitum in febribus acutis impendente nullo conuulſionis ſigno præcedẽte vel aliter bile in ſtomachum repente

Citò perſanatur.
- Vomitu bilioſo, vel rerum fuſcarum, vel ſucco porri ſimilium.
- Purgatis quotannis bis aut ter ventriculi excrementis, per hieram picram
- Proba coctione, accurata
- Cibo corruptu difficili manè dato, vt pane optimè parato ſolo: aut ſi ſitiat, madente ex vino albo modicè aſtringente, vt ventriculum roboret, nec caput tentet, vt vina valentia.

www.libtool.com.cn

Melancholia hypochondriaca, de qua priùs.

Oculis, Viſa ſuffuſorum, viſis ſimilia, de quibus in hypochyſi dictum eſt.

www.libtool.com.cn

Hæc ſymptomata ex ſtomacho orta, quibus ſignis ſint diſtinguenda ab his ipſis, quæ cordi, cerebro, oculis primariò affectis eueniunt, antè ſuis locis diximus.

Eadem ſymptomata ſtomacho tam propria quàm communia cum dictis partibus, quanquam totius ventriculi corpori etiam conueniant: quia tamen obſcuriora in eo ſunt, & minùs violenta quàm in ſtomacho, ob id tanquam non ſint, à medicis contemnuntur. Ipſum autem propriè coctionis (cùm ſanum eſt) cauſſa eſt & cruditatis, cùm malè affectum vel alimenti quantitate, qualitate, inordinata ingeſtione grauatur.

Signa hepatis affecti:

- Humorum
  - Copia — Præter naturam.
  - Inopia — Præter naturam.
  - Corruptio & deprauatio.
- Alimenti in corpus diſtributio / Excremētorū hepatis vacuatio
  - Imbecilla.
  - Deprauata.
  - Abolita.
- Color corporis totius malus, & præter naturam.
- Grauitas / Tumor / Dolor — Hepatis, vel ortarum ab eo venarum, vel hepati conſentientium & cohærentium, vt diaphragmatis: vnde tuſsis & dyſpnœa hepati affecto ſuperuenit.

Intemperiei ſolius ſine tumore prǣter naturam, priùs dicta ſunt, & mox in hepatis imbecillitate intemperiem hanc ſequente dicentur.

Partem hepatis inflammatam magis ſignificant.

- Cibi ingens faſtidium
- Nauſea, ſingultus.
- Vomitus bilis nunc ſynceræ, nunc vitellinæ, & ex ea vſta æruginoſæ interdū.
- Sitis inexpleta
- Lingua primò rubra, pòſt nigra. Aluus aſtricta, niſi hepatis imbecillitas phlegmone acceſſerit, quia tunc fit dyſenteria hepatica.

(The above: Simam)

- Tactui non apparet.
- Tuſsis ſicca, ex longis interuallis paulò maior

Signa hepatis affectuum

- Intemperiei cũ humoris affluxu ſeu tumoris præter naturam
  - Phlegmones citra hepatis imbecillitatem
    - Spirandi difficultas dolentior
    - Gibbam
      - Dolor ad iugulum dextrum extenſus, vt deorſum trahi per venam cauam magis, quàm membranarum tenſionem videatur, præſertim per magnã inſpirationem.
      - Facillimè vel ſolo tactu noſcitur, ꝑcipuè ſi grãdior fuerit phlegmone, & muſculi ĩtres hypochõdrij dextri, rectus, obliqu⁹ deſcendẽs, tranſuerſus, ſint vel natura, vel morbo extenuati.
    - Febris continua.
    - Grauitas in hypochondrio dextro ipſum trahere deorſum viſa, ex quo conuenit vtrique parti inflammatæ, quamuis reuera neutra phlegmone poteſt exactè eſſe diſtincta: quia omnium hepatis partium carnes inter ſe ſunt continuatæ.
    - Dolor ad nothas coſtas extenſus, quibus hominibus & ſimiis iecur his coſtis per membranas alligatur.

Signa hepatis affectuum

- Intemperiei cum humoris affluxu ſeu tumoris præter naturam
  - Eryſipelatis
    - Symptomata his ſimilia, ſed quæ calorem & ſiccitatẽ ſequuntur multò maiora, vt febris ardens, ſitis vehementiſsima. cap. 3. lib. 6. Nã febres antiquis ardentes dictæ, flammeas diſpoſitiones, vt eryſipelata ventriculi, hepatis, phlegmonem, eryſipelatode pulmonis magna ex parte ſequuntur, & biliosi ſucci in corpore toto feruorem immodicum. Sed quæ à ventriculo & hepate ſunt ardentes, omnium ſunt vehementiſsimæ, & in tabem ſæpe tranſmutantur. vt lib. 7. meth. 1. lib. feb. cap. 12. lib. de tabe.
  - Scirrhi
    - Multò manifeſtior tactui eſt initiò quàm phlegmone, quia durior & incumbentes hypochõdrio muſculi atrophia ſunt extenuati. Poſteà verò licet augeatur, tamen ægriùs tactu deprehenditur intercipiente iudicium hydrope, ſcirrhum hepatis mox ſequente, & aliter natam eius refrigerationem.



www.libtool.com.cn

Obſtructionis in extremitatibus tenuiſſimis venæ portæ & cauę, à multo craſſo necto humore
- Grauitas & ab hypochondrio dextro tanquam ſuſpenſum pondus quoddam.
- Dolor non modò grauis, ſed etiam punctorius, vbi magna eſt obſtructio.
- Tuſsis ſicca, parua.
- Spirandi difficultas.
- Febris præcipuè vbi traxit iam obſtructio, eáque magna.
- Tenſionis ſenſus ſeu dolor tenſiuus, præcipuè vbi obſtructio eſt à vaporoſo ſpiritu ibi concluſo, & exire prohibito, quę inflatio ſeu flatuoſa extenſio quoque dicitur.

Hæc ſigna ſunt communia, quia vtrius venæ extremitates obſtruantur, parum certæ habentur coniecturæ, ex vtriuſque tamen partis inflammatæ ſimilitudine ſumi poſſunt.

Hydropis

Differentiæ 3.
- Sarcites Aëtio, Anaſarca, Hypoſarca, Leuco phlegmatias — Quando ſanguis pituitoſus in omnibus corporis partibus continetur, quòd alimentum in hepar diſtributum in ſanguinem mutari non potuit, ob eius & corporis totius venarum intemperiem frigidam.
- Aſcites, quando humor ſeroſus & aquoſus. — In ſpacio inter peritonæum & inteſtina continetur.
- Tympanias, Tympanites — quando flatus copioſior — In ſpacio inter peritonæum & inteſtina continetur.

Cauſſe, fruſtrata ſanguificatio toto hepate refrigeratione

Propria quæ eſt frequētiſsima, poſt
- Intempeſtiuam aquæ frigidæ potionem affatim refrigerato hepate ſine tumore, ſed cum vehementi ciborum cupiditate ob refrigeratum os ventriculi.
- Immodicam ſanguinis & cum eo ſpiritus vitalis & caloris vacuationem per hæmorrhoidas, muliebre profluuium, menſes, nares, vel alium meatum.
- Inſuetam hæmorrhoidum, menſium ſuppreſsionē calore in hepate à copia craſſi aut frigidi ſanguinis ſurſum regurgitantis ſuffocato.
- Scirrhum, & validam ac diutinam obſtructionem ipſius.

Calidam & ſępe ſiccam hepatis intemperiem per morbos acutos vt chylum in ſanguinem mutari nequeat, Hipp. lib. 2. prog. Hæc, vt morbi alij ſicci, vix aut nunquam curatur.

www.libtool.com.cn

Per conſenſum.

Per cõſenſum cum intemperie frigida hectica

- Ventriculi, larga & intempeſtiua frigida
- Lienis indurati potu frigidæ refrigerati
- Inteſtinorum omnium, præcipuè ieiuni
- Quæ pars fuerit tunc imbecillior pręcipuè ab intemperie frigida, illa prima potu largo, & intempeſtiuo frigidæ læditur, deinde per conſenſum hepar, túncque primùm fit hydrops.
- Meſaraicarum venarum
- Pulmonis
- Diaphragmatis
- Renum, & horũ imbecilla vis tractrix. lib. 6. ſympt.

Simæ — Gibbæ — Partis hepatis, venę omnes primù, deinde hepar totũ refrigeratur.

Communia

- Color corporis totius, & maximè circa oculos ex viuido in album: plumbeum, ſi frigida eſt materia: flauum, ſubrubrum, ſi calida mutatus.
- Inflatio oculorum, pedum, interdum manuum, in hypoſarca: maxima, in aſcite, etiam magna: in tympania autem, ſolus venter tumet.
- Sitis inexpleta, quia corpus alimento idoneo non humectatur: vel etiam quia materiæ aliquid bilis aut putredinis accedit.
- Deiecta appetentia, præcipuè ſi calor ſimul adeſt: ſi verò à cauſſa frigida eſt, vt potu intempeſtiuo, & immodico frigidæ, vtcumque appetit.
- Vrina pauca & ſæpe rubens à miſta bile.
- Febres languidæ, interdum & dyſenteria hepatica, & puſtulæ ſaniem reſudantes.
- Corpore ſupino totus venter extenditur, in mola autem, vel conceptu ſolùm ſub vmbilico eſt tumor.

- Grauitas in ventre percepta.
- Sonitus aquæ in ventre alliſæ auditur moto corpore, vel in latus inclinato.
- Tactu non ſonat venter ſed digito cedit, vtris aqua pleni modo.

Signa hydropis — Propria — Aſcitæ:
Supernæ partes atrophia tabeſcunt,infernæ vt venter, pedes,tibiæ,interdum pudendum,ſcrotum humore alieno implentur & inflantur,ob quem harum partium cutis tenſa lucet.
Vrina parcior quàm reliquis hydropibus.
Pulſus paruus,frequentior, ſubdurus,cum quadam tenſione.Gal.in eiſag.
Corpore ſupino pars ſumma ventris decidit,latera inflantur magis,vt veſica aqua plena.

Tympaniæ:
Venter tumet tenditúrque multum totus etiam ſupino corpore,nec in latera exoneratur: ſine pŏdere eſt, vt veſica vento plena.
Sonitus ceu tympani auditur ,ventre excuſsis digitis percuſſo.
Totum corpus alimenti penuria marceſsit ſine pedũ aut totius tumore.
Ructibus gaudet,& leuatur.
Pulſus longior,non languidus,velocior,frequens,ſubdurus cum quadam tenſione. Gal.ibidem.

Hypoſarcæ:
Inflatio corporis totius ceu corpus ſit impinguatum, præcipuè facies: cùm pituita tantùm ſit plenum ſine ventris tumore , ob id albicat.
Appreſsi cuiuis parti corporis digiti veſtigium relinquunt.
Fluor alui ſanguinolentus.
Pulſus vndoſus, mollis, latior Gal.in eiſag.

Curatio per remedia cauſſam effectricẽ tollentia & hepar roborantia.

Signa phlegmones aut ſcirrhi:
Hepatis,profundior eſt,& ſi tangi poſsit, cumulatus tumor & circunſcriptus apparet, iugulus deorſum trahi in magna hepatis phlegmone & ſcirrho eiuſdem ſolet.
Muſculorum hypochondrio dextro incumbentium recti& obliqui,eſt ſublimis tumor,tactu facilis, pro muſculi ſitu & figura ſparſus in longum vel latum:ſed tamen ſenſim mole ſua gracilleſcens,& ſe diminuens.

Pulſus parum durus,non ſerrans, niſi ſit eryſipelas.
Tuſsis parua ſemper ſicca , maior tamen gibba quàm ſima inflammata.

**Signa**

*Phlegmones hepatis, & magnæ obſtructionis*

Dolor nullus in tunica ſuccingente coſtas nothas, niſi in nonnullis, quibus vincula quædam membranoſa hepar his coſtis alligantia, nunc intenta ſunt.

Deiectiones chyloſæ, interdum & cruentæ.

Tumor circunſcriptus ſub hypochondrio tactui apparet, niſi paruus ſit, aut in ſima hepatis parte, aut gibbam non totam, ſed ſolùm eam partem quę nothas coſtas attingit, aut niſi craſsi ſint præpoſiti hepati muſculi.

Facta inſpiratione vehementi & magna, dolor grauis ſentitur ceu ponderis à ſuperioribus ſuſpenſi, aut vicinis partibus incumbentis pro ſitu vario corporis.

In quibus vt hepate poteſt eſſe phlegmone, vel tumor alius diaphragma opprimens, reſpirationem difficiliorem faciens.

A tuſsi exigua læſio.

Tandem linguæ & reliqui corporis color alteratur.

*Pleuritidis in tunica ſuccingente coſtas nothas*

Tuſsis cum ſputo colorato pro natura humoris, niſi pleuritis ſit adhuc cruda & ſtipata: tunc enim tuſsis etiam ſicca eſt, ſed pòſt cocto morbo humida.

Pulſus durus, ſerræ in modum inæqualiter tactum feriens.

Deiectiones morbum non declarant.

Tumor nullus tactu deprehenditur.

*Talē pleuritidem ſuſpicatus eſt quæ hepatis erat inflãmatio. Medicus Siculus ca.7.li.5.*

Signa propè cætera amborum affectuum ſunt ſimilia, & vtrique malo per initia conuenit venæ ſectio, ſi cętera conſentiant.

Lienis phlegmone & obſtructio inſignis cum ſiniſtra interna pleuritide, ſigna quoque habet finitima.

Facultas hepatis propria eſt ſanguiſica, ſeu ſanguinis per alterationem generatrix. Eius vt cæterarum facultatum eſſentia eſt in proprio partis temperamento, quòd ſi aliqua intemperatura vitietur, pro modo vitij, actio quoque imbecilla erit, quæ in hepate eſt ſanguificatio: hac læſa, totum corpus pallidum, flauum, fuſcum, plumbeum, vel alio colore indicibili præditum: nigrum verò, læſa lienis actione. Color autem totius non mutatur læſis muſculis hepati vel lieni præpoſitis laborantibus, niſi viſcera quoque malum attingat.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

**Signa imbecillæ hepatis actionis**

- **Propriæ.i. ſanguificationis ſine phlegmone, ab intemperie**
  - **Calida**
    - Contentos in hepate & venis meſaraicis & aliis humores aſſat & vrit, ob id deiectio eſt ſanguinis feci ſimilis.
    - Cibos nunquam appetunt, ſed inediam diu ſuſtinent magno virium incommodo.
    - Sitis adeſt inexpleta.
    - Calor totius præcipuè palmarum & plantarũ, & renum acer, mordax, ipſi homini moleſtus, ſæpe etiam febrilis.
    - Vomitus bilioſus & vitiatorum aliter humorũ.
    - Color totius flaueſcit. Cætera priùs dicta, ſed intenſiora
  - **Frigida**
    - Succos crudos vel ſemicoctos, pituitoſos, craſſos, ad fluxum & motum cõtumaces gignit.
    - Ciborum appetentia ſæpe maior quàm antè, tantùm abeſt vt deiiciatur.
    - Cætera prius dicta: ſed hic quia morbum indicant, vehementiora quàm illic, dum intẽperiem in ſanitatis latitudine adhuc manentem declarabant.
  - **Sicca** — Humores reddit ſicciores, craſsiores.
  - **Humida** — Humores reddit aquoſiores, tenuiores.

Deiectio ſimilis loturę carnium recẽs mactatarum, ſeu tenuis & ſanioſa, efficaciſsimum eſt ſignum hepatis imbecilli, & ſanguinem creare non potentis ob intemperiem aliquam interdum frigidam citra febrem, interdum humidam. Et talis initiò multis excernitur, poſteà craſſa & melancholica ſanguine corrupto in viſcere, cui febris ſuperuenit. Poſtremò atra bilis ſyncera. Interdum nihil excernitur, & febre liberi videntur, ſed cibos corruptos deiiciunt, poſt hos aliquid ſanioſi vel corrupti ſanguinis: quem affectum malè vocat vulgus dyſenteriam hepaticam, de qua pòſt in dyſenteria.

- **Cũ phlegmone**
  - Coniuncta vtriuſque ſunt ſymptomata & ſigna, vt calor acer.
  - Pulſus & febris, ſanioſa deiectio, &c. priùs ſeorſum dicta.

**Facultas expultrix hepatis, & aliarum partium**

**Communis omnibus corporis partibus**

Attractionis ſuccorum parti alendæ vt hepati idoneorum — Deiectio liquida, & chyli in ventriculo exactè cocti: quem ſugendo ſiccare, & per venas meſaraicas ceu manus trahere facultas tractrix imbecilla nõ potuit.

www.libtool.com.cn

Meſaræo affecto phlegmone aut eryſipelate talis omnino eſt deiectio, ſed miſta velut ſanies quædam primò à parte inflammata velut reſudat (vt cæteris phlegmonis internis, quibus tegmẽ tenue eſt ac rarum) deinde cocta phlegmone craſsior & puri ſimilior, & hepatis inflammatio nõ adeſt, niſi phlegmone meſaræi maximè ſit, aut ſit prope portas ipſas.

Meſaræo item obſtructo talis eſt deiectio, ſed diſcernitur ſitu partis grauitatem & tenſionem ſuſtinentis.

Retentionis attracti ſucci, donec percoctus erit, & in partis naturã mutatus ſanguificatione — Deiectio ſanguinis ſanioſi primò cùm ſuccũ ex vẽtre attractum cõtinere ampliùs nõ poteſt, poſteà craſsi & feculenti.

Expulſionis inutilium poſt coctionẽ excrementorum —
- Grauitas, & tandem tenſio in viſcere, & toto hypochondrio dextro.
- Corpus decolor, & cacochymum, præcipuè ſi renum, lienis, folliculi fellis tractrix, excrementorum hepatis partibus dictis familiarium fuerit imbecilla, vt mox in ictericis dicem[9].

**Robuſta etiã in ſanis**

Plenitudinem partis vnius, vel corporis totius per hepar & inteſtina, & deiectionem vel vomitum aliquando, interdum alios meatus excernit.

Quæ vacuatio crebra fit quibus ſunt artus mutilati, pro exercitatione conſueta ocium multum & victus plenior, menſes ſuppreſsi, vel alia ſanguinis vacuatio inſignis, à natura, vel medico, vel vulnere facta ceſſauit.

Roborata poſt coctionem grauantis materiæ. — Poſt coctos in affecta parte vitioſos humores robuſtior facta facultas expultrix, excernit per hepar humores inutiles, retinet vtiles. Hanc vacuationem vt priorem nonnulli vocant cruentam dyſenteriam.

Vel ꝑ medicamenta parti familiaria — In hepatis affectibus roborata per medicamenta hepatica, vt abſinthium ponticum, parte, excrementis, colore, odore, peſsimis per deiectionẽ vel vrinas viſcus ſe purgat. Quæ res tũc ſalutem

oſtendit nullum morbi grauioris periculum, vt empiricis & imperitis ſemper videtur.

In phlegmone & eryſipelate hepatis accedẽte coctione, ſanguis vitioſus, cœnoſus, putris deiicitur, vel meitur.

www.libtool.com.cn

Quum in quolibet inſtrumento alia facultas ſit, aliâ vel robuſtior vel imbecillior, ob conſenſum illum partium dictum Hippocrati, vt initio lib. 1. de vſu partium, retentrix & expultrix ſæpe tradunt operas mutuas. Nam retentrice imbecilla nec rem ſibi grauem retinere potente, expultrix eam vacuat: contrà expultrice imbecilla, retentrix excremẽta quædam aliquandiu retinet.

Icterus abſolutè flauus à bile flaua intelligitur. Aph. 72 lib. 5. Icterus niger cum addito alter dicitur aut viridis, rarus, & ob id indictus veteribus.

Omnis icterus fit bile aliqua in corpore vel auctiore, vel excerni prohibita propter ipſius copiam, craſsitiem, lentorem, vel expultricis partium imbecillitatem, vel meatus partium impeditos denſitate, obſtructione, compreſsione.

**Communia**

- Color præcipuè in tunica oculi cohærente pallidus, flauus, nigricans, viridis à bile praſina, vel æruginoſa, vel flauæ cum nigra miſta.
- Color bilis flauæ fuligini miſtus hepate & liene affectis, ſeu miſto vtroque ictero.
- Is autem color à nobis in ægro talis videtur, ab egro autem in rebus aſpectis.
- Sapor in lingua quiduis aliud guſtante, amarus, ſubacer.
- Deiecta appetentia, ſitis auctior. Corpus emaciatur, quia ſiccatur, & malè nutritur.
- Pulſus paruus, & vtcumque durus, ſiccatis arteriis.
- Paulatim naſcitur, niſi criticus ſit icterus.

**Hepate, & venoſo genere calidiore ob**

- Febrem ardẽtem, phlegmonem, eryſipelas aph. 42. lib. 6. Obſtructionem compreſsionem à ſcirrho, vel alio,
- Sumpta vel iniecta, vel admota diu calidiora,
- Moram bilis flauæ in hepate,

Homo ꝓpè ſẽper eſt icteric⁹. Cætera ex ſignis horum affectuum vel cauſſarum externarũ cognitione patent.

Signa icteri

- Propria icteri à
  - Sanguine
    - Calfacto immodicè à cauſſa aliqua nunc dicta, vel ſimili, aut putrendo tranſeunte parte tenui in bilem flauam, craſſa in melancholiam. cap. 12. lib. 2. febrium.
      - Signa caloris aut ſynochi putris adſũt.
    - Curatur alteratione quæ putredinem finiat, & putris materiæ vacuatione.
    - Corruptione aliena tota ſua ſubſtãtia tranſmutato, vel in bilem porraceam, vt poto veneno nõ præſentaneo, morſu viperæ, huic pota theriaca color natiuus celerrimè reſtituitur.
      - Cauſſæ externæ hæ præceſſerunt aut ſigna veneni poti adſunt ſcripta hodie à pleriſque.
  - Folliculo fellis
    - Obſtructo
      - In ſua cauitate, quando expultrice imbecilla, bile impletur, adeò vt euerſa fibrarum contractione excerni nequeat, vt veſica in iſchuria.
      - In ſuis ſtomachis & meatibus per quos ex hepate bilem trahit, aut per quos in ecphyſin emittit,
    - Imbecillo ob intemperiem, ad trahendum ex hepate bilioſum excremẽtum ſibi familiare
      - Grauitas in hypochõdrio dextro.
      - Deiectio candida.
      - Vrinæ flauæ craſſe, ſanguine impuro in totum corp[9] ſparſo.
  - Cibo, potu, medicamentis tenuantibus obſtructa, aperiẽtibus, & cholagogo die vno perſæpe ſanatur. Si his nõ ceſſerit, quia plenior eſt folliculus, aut obſtructio grauior, valentiùs aperientibus & purgãtibus opus eſt, quæ bilem vel flauam, vel cyaneo & cæruleo proximam, vtramque acrem & mordacem ſub finem purgationis vacuabit.
  - Criſi
    - Natura in febre acuta die. 7. 9. 11. 14. flauam bilem multam ad cutem trãſmittente. Aph. 64. lib. 4. non foràs per ſudorem ob expultricis imbecillitatem, bilis craſsitiem diſsipar[e] contumacem, quam ſudor aquoſus in ſtrigili indicat, aut ob cutis denſitatem
      - Febris ceſſat. Deiectio & vrina habent ſecundum naturam, ſi perfecta criſis fuerit.
    - Naturam bilem ex venis in hepar expellente dictis diebus, aut ante diem ſeptimum. Aphoſ. 62. lib. 4. ex quo cum ſanguine in corpus rapta icterum gignit.

www.libtool.com.cn

Curatur victu humidiore humores craſſos modicè tenuante, & balneo aquæ dulcis, aut ſi non ſufficit medicamentoſæ & diſcutientis bilem, quæ omiſſa vnctione, ſudores auferendo, ſtrigilis cauitatem implet, ſi in corpore multa eſt, nec ita craſſa: Hæc ſudorem aquoſiorem, vbi tenuata eſt, bilioſiorem reddit.

www.libtool.com.cn

Liene & venis hæmor. ſuppreſsis — Succo melancholico ſanguinem hepatis non purgante, ob imbecillã facultatem eius tractricem, vel expultricem, vel obſtructum aut compreſſum vas venoſum, per quod attrahit & excernit hunc ſuccum — Color fuſc⁹ totius. Grauitas hypochondrij ſiniſtri

Signa lienis affectuum:

1. Intemperaturarum, qualia in hepate dicta ſunt.
2. Phlegmones, eryſipelatis, ſcirrhi. Durities ſub ſiniſtro hypochondrio tactu percepta: vt in hepate cætera obſeruanda.
3. Imbecillitas in attrahendo, retinendo, coquẽdo partem ſucci melancholici, nutriendo ſibi idoneam, expellendo — corpus nigricat.

   Tunc enim ſanguis impurus & niger in corpus totum tranſmittitur, quo ipſum penuria melioris nutritum, nigricat.

   Robuſta autem lienis vis expultrix ſanguinem melancholicũ excernit, nunc vomitu cui nauſea accedit, nũc deiectione, qua vacuatione ſuppreſſa, quidam mœſtitia melancholica vexantur, & cibos auidiſsimè appetunt, præcipuè ſi valdè acidum id excrementum ad ventriculum transfertur: nunc deiecta appetentia cibos auerſantur, cùm aliena eſt qualitate præditum id ex crementum.
4. Hydropis à tumore, vt ſcirrho, indurato & refrigerato liene & hepate per conſenſum, vel citra tumorem, refrigerato liene, potu largo & intempeſtiuo aquæ frigidæ & vitioſæ.
5. Icteri nigri, color totius niger.
6. Melancholicæ mœſtitiæ in hypochondriaca affectione, miſſo à liene in os ventriculi melancholico excremento, vt dictum in melancholia cerebri.

Oris ventriculi actio propria eſt appetentia: ventriculi coctio, ob id pro actionis & vtilitatis harum partium differentia, diuerſa habentur ſymptomata ab actione læſa ſumpta. Cætera ex morbis ſimilaribus & inſtrumentariis harum duarum partium & inteſtinorum omnium, & his vicinarum partium ac contiguarum ſimiliter affectarum ſymptomata ſunt ſimilia, vt phlegmones in quauis harum partium

cartium ſymptomata ſunt, calor vehemens, dolor punctorius & tenſiuus, auxilium à vacuantibus & refrigerantibus modicè. Sic coli & renum doloris ſymptomata ſunt communia.

www.libtool.com.cn

De læſa appetentia prius dictum, nũc de affecta coctione dicendũ.

Signa ventriculi affecti

Appetentia alimẽti quæ ſtomachi ꝓpriè eſt — Sicci. i. fames / Humidi. i ſitis — Imbecilla / Deprauata / Abolita. — Immodica. / Vitioſa.

Coctio alimenti. i. cibi, potus / Excrementorum vacuatio — Imbecilla, deprauata, abolita.

Singultus.

Ructus acidus, nidorulentus, inodorus, inſipidus.

Nauſea.

Vomitus, & vomitione reiectorum ſpecies.

Nauſeæ / Vomitus / Singultus — Viſui & tactui & auditui ſunt manifeſta, à qua cauſſa tamen horum quodque fiat, nõ perinde eſt notum, ſed ex tabul. ſymptomatum repetendum eſt.

Frigidæ intemperiei

Ructus acidus, etiamſi ſola ſit intemperies ſine humore, corruptum in ventriculo & crudum alimentum indicans.

Deiectio, & vomitio pituitoſa, frigida / Cibus parum mutatus in humore merſus cernitur, præcipuè in vomitu — Si humor eſt in vẽtriculi ſpacio.

Ciborũ inexpleta cupiditas, & canina fames / Nauſea inanis & ſine aliquo vomitu / Victus ratio in cibo, potu, &c. pituitoſa præceſsit & acida. — Si humor tunicis eſt infarctus.

Calidis iuuatur & ſanatur, vt melle, diatrion pipereon medicamento vel ſimili: læditur frigidis & pituitoſis.

Hepatis, lienis affectus aliquis frigidus per conſenſum, ſi ventriculum afficit, primus eſt curandus.

Ructus fumoſus & nidorulẽtus (etiam ſi ſola & ſine humore ſit intemperies calida corruptionis eius cauſſa) corruptum in ventriculo & crudum alimentum indicans, manè ſentitur, ac velut odor ouorum frixorum, vel alterius rei fœtentis, & putris & in ventriculo corruptę & crudę.

Propriis ipſius morbis vt intemperatura calida, phlegmone.

Vitioſis in ipſo collectis humoribus, vt bilioſis in ipſo, vel hepate ſanguinem vrente ge

M

www.libtool.com.cn

- **Signa affectuum ventriculi propriorum**
  - **Calidæ intemperiei**
    - Corrumpitur in ventriculo ſic alimentum à … nitis, vel ex toto corpore affluentibus.
      - Alimenti qualitate vaporoſo fœtori, putredini, corruptioni obnoxia, idque
        - Suapte natura vt
          - Allio, cæpa, porro, braſſica, vrtica, eruca, naſturcio & agreſtibus, &c.
        - Accedẽte putredine
          - Ob tempus ſeruationis longum.
          - Ob malam repoſitionẽ vt in horreo ſituletõ & in meridiẽ aperto, aut nõ pſiatili loco.
          - Ob vitium rubiginis à prima generatione, vt hordeo, tritico. cap.4.lib.1.febrium, & de euchymia.
      - Victus ratio in cibo, potu bilioſa, aut nidorulenta, vt eſus ouorum frixorum, radicularum plurimarum, placentæ nidorulentæ, vt quæ ex oleo itriis, aliis ſimilibus paratur, à quibus fœtens & putris ructus.
    - Si humor eſt in ventriculi ſpacio cibum corrũpẽs.
      - Deiectio & vomitio bilioſa, calida,
      - Cibus in humore merſus, parum mutatus cernitur, præcipuè in vomitu facili, aliàs non cogendo, & ſi cibus erat coctu difficilis, vt panis, chondrus. Nam coctu facilia etiam facilè corrumpuntur. Is autem calor igneus ventriculi coctu difficilia, vt bubulam meliùs coquit, quàm facilia lib.1.aliment.
    - Si humor bilioſus in tunicas ventriculi eſt receptus.
      - Nauſea inanis & irrita ſine humoris alicuius vomitu.
      - Sitis vehemens & potu vix placanda
    - Hepatis & lienis affectus calidus, ſi ructus huius per conſenſum cauſſa eſt, curandus primùm eſt.
    - Calidis læditur, frigidis iuuatur.
    - Curatur abſinthio, hiera picra, ex aqua aut vino pota cholagoga.
  - Corruptionis proprietates alterutro ructu deprehenſa, cauſſam corruptionis frigidam aut calidam intemperiem apertè indicat, niſi cibi ſuapte natura in talem fumum vertantur.
  - Phlegmones, eryſipelatis abſceſſus, vlceris ex dictis in gula & ſtomacho patent.

Signa affectuum inteſtinis propriorum

Dyſenteriæ veræ

1. Principio bilis mordax dolorem mordacem excitans magna ex parte excernitur. aph.24. lib. 4. interdum melancholia, quod lethale eſt Hippocrati, ibidem. Interdum pituita mordax & putris ex capite. aphor.12. lib.5. quæ hoc anno 1538. ſub finem, impetu magno ruens in fauces, quoſdam ſuffocauit: aliis gingiuas, maxillas, dentes putrefecit: aliis arthritidas excitauit: aliis alia, quę nos abundè in ephemeridibus noſtris deſcripſimus. Interdũ acre & mordax medicamentum aut venenũ vlceris cauſſa eſt.

2. Deinde inteſtinorum abraſiones, & veluti membranarum raſurę.

3. Poſteà paucus ſanguis excernitur, túncq; primùm eſt dyſenteria vera, hoc eſt, inteſtinorum vlcus, cui ſanies & pus ſuperuenit, niſi citò glutinetur, & cicatrice tegatur.

Ramenta:
- Craſſa, lata, cum quodam pingui, excrementis aliis parum miſta, & ſua parte plurima illis ſupnatantia — Craſſorum
- Tenuia, parua ſine pĩgui, aliis excremẽtis etiã chyloſis multũ miſta, vt tota totis confuſa videantur. — Tenuium

Sanguis miſtus excrementis:
- Parum aut nihil — Craſſorum
- Plurimùm — Tenuium

Dolor lacerans & pungens:
- Sub vmbilico — Craſſorum
- Supra vmbilicũ — Tenuium

Excretio facta:
- Paulò pòſt tormina — Tenuium
- Multò pòſt tormina — Craſſorum

Appetẽtia deiecta, nauſea, vomitus, ſingultus magis — Tenuium

(Inteſtinorum dyſenteriam ſig.: Craſſorum, Tenuium)

In hepatica autẽ dyſenteria, tenuis ſanies ſanguinis initiò ab hepate deiicitur: deinde aucto malo, multus & craſſus humor feci vini ſimilis, ambo indolenter: interdum non velut limus & fex ſanguinis multa, ſed ſyncerus plurimúſque ſanguis, vt in cruenta dyſenteria, excernitur. cap.1. lib.2. loc. affect. Nihil abraſum in humore aut ſanguine ineſt, ſed ſigna alia prædicta hepatis imbecilli adſunt. Interdum biduò, triduò ſuppreſſa vacuatione ani videntur, ſed malo redeunte: multò peiora prioribus & corruptiora excernuntur, niſi cùm declinat affectus, affatim

affatim ergo fit, & ex longis interuallis Dyſenteria autem vera, paulatim & continenter. Sanguis in cruenta dyſenteria ſyncerus & plurimus à toto corpore vacuatur, vt per hæmorrhoidas & fluxum muliebrem.

www.libtool.com.cn

Tineſmi | Colici affectus ileí.i. voluuli

- Vehemens & inanis ac irrita deiiciendi cupiditas, & conatus frequens. pauca. n. admodum excrementa ſequuntur, initiò pituitoſa, muco narium craſſo ſimilia.
- Mordax multum excrementum à putredine aut miſta bile flaua ſalſum aut vitreum in recto inteſtino genitum, vel aliunde in id affluens.
- Sanguinis puncta quędam excremento interſparſa, quæ vlcus in recto inteſtino fatentur, & verum tineſmum.
- Ab aſcaridibus enim, aut cimice ſedem ingreſſo, vel acrimonia clyſteris, aut balani irritata deiiciendi cupiditas, excrementorum genere & ſanguine diſcernitur. Quæ autem frequens & inuita fit deiectio, paralyſin muſculi ſphincteris indicat, vt priùs dictum eſt.

Curatur tam dyſenteria quàm tineſmus tergentibus modicè, glutinantibus, ſiccantibus, aſtringentibus more aliorum vlcerum: niſi quã tùm à partium vlceratarum natura, ſitu, figura ſumpta indicatio curationem variat. Nam dyſenteriæ tenuium inteſtinorũ per ſumpta craſſorum, per iniecta clyſteribus magis ſuccurrimus. Dolorem, ſi adeſt ſedamus, cauſſam vlceris ſi qua adhuc in corpore ſubeſt, vacuamus.

Dolor tam vagus quàm fixus interdum eſt in omnibus inteſtinis, atque adeò ipſo vẽtriculo: interdum in tenuibus magis, & pręcipuè ilio ob multa ipſius longiſsimi inuolucra: interdum in craſsis magis, præſertim colo, quia longiſsimum, anfractuoſum, certis interuallis contractum, ſtercus etiam ſiccum & multam pituitam colligens.

Dolor inteſtinorũ

- Punctorius, & perforanti ſimilis ab: Humore bilioſo, pituita vitrea, ſalſa, ſanguine corrupto, flatibus paruo loco concluſis, vel inter tunicas inteſtini receptis, lumbricis, vlcere paruo,
- Grauis à: Materia frigida, craſſa, lenta ibi collecta vt pituita, humore melancholico, ſanguine concreto.
- Tenſiuus à: Flatu multo, & quauis alia materia multa, replẽte & diſtendente, qua mota fiunt tormina.

**Dolor colicus**

- Proprius ipſi colo, à cauſſa aliqua vel externa, vt ſumendis, admouendis: vel interna, vt intemperie inæquali ſola: vel cum materia, vt incommoderatione per ipſius obſtructiones, vt ſolutione continui, à qua rarò fit colicus dolor.
- Per conſenſum cũ
  - Ventriculo, pituitam, flatus, ſuccum aliquem vitioſum colligente, &
  - Hepate
  - Liene
  - Cerebro
  - Pulmone poſt peripneumoniam
  - Pleura poſt pleuritidem.

    } Excrementa ſua ad colũ traſmittẽte.
  - Renibus
  - Veſica
  - Vtero

    } Tumore aliquo præter naturam colum vel alia inteſtina prementibus.

**Signa colici doloris communia**

- Suppreſſa aut minuta deiectio conſueta, aut ſi quid vi aliqua excernatur, caprino ſtercori duritie & figura & nigredine ſimile eſt.
- Deiecta aut abolita appetentia præcipuè dulcium & pinguium & pituitæ ſimilium, ſtomacho cum inteſtinis conſentiente. Tamen ob ſitim (quam os ventriculi à calidis, ſiccis vaporibus ex ſtercore elatis alteratum excitat) frigidam aquam appetunt.
- Appetentia ſalſorum, acidorum, acrium pituitæ contrariorum quam incidunt, tenuant, tergent: nam ſtomachus præter naturam affectus contraria, ſecundum naturam diſpoſitus ſimilia appetit, Gal. in arte medica, vt priùs retulimus.
- Coctio deprauata à fœdis vaporibus, etiam tremorem cordis & neruorum excitantibus, & retento ſtercore elatis.
- Vomitus frequens pituitæ, bilis, tandem etiam melancholiæ.
- Dolor lumborum & coxarum ob viciniam & connexionẽ quandam cum neruis harum partium.
- Doloris adſtrictionis, alui & aliorum ſymptomatum incrementum, augeſcente malo, adeò vt ne flatus quidem, aut etiam ructus exeat.
- Vrina bilioſior, craſsior, interdum pituitoſior.

**Salubria**

- Deiectio aliqua ſtercoris, flatuum.
- Dolor locum mutat, remittitur, intermittitur, per ſe, aut remediis vacuantibus.
- Spirandi facilitas.



www.fblpdf.com.cn

www.libool.com.cn

**Signa prognoſtica dõloris colici**

- **Inſalubria**
  - Nulla deiectio cum quouis remedio.
  - Dolor valentiſsimus,fixus, permanens & aſsiduus.
  - Vomitus frequens etiam ſtercoris.
  - Singultus implacabilis.
  - Sudor frigidus,extrema frigida.
  - Delirium,conuulſio.
  - Puſtula nigra tunc nata,die ſecundo vlcerata, ſig. naturã fruſtrà tentare expulſionem melancholiæ malignæ colicam facientis.
  - Spirandi difficultas.

**Signa colici affectus à**

- **Pituita vitrea**
  - Dolor in ventre intimo in aliqua coli parte,vt prope vreteras,qualis à calculo aſpero ipſis impacto, Hoc eſt,qualis à terebra perforante,vel palo infixo ipſi craſſo inteſtino.
  - Humoris vitrei, id eſt vitro fuſo & albumini oui conſiſtentia, calore, frigiditate, ſimilis excretio cum grauiſsimo dolore mox ab iniecto clyſtere ex oleo rutaceo.
  - Quæ res affectum hunc in craſſo inteſtino à vitrea pituita, non in renibus aut vreteribus à calculo planè oſtendit Galeno hunc in ſe experto.
- **Mordaci & bilioſo humore tunicis inteſtinorum immerſo, vel ad coli tunicam delapſo**
  - Doloris ſpecies eſt mordax,vt in dyſenteria.
  - Inedia & calorificis omnibus remediis ſumptis,iniectis,admotis,læduntur & exacerbantur,& dolore extremo affliguntur.
  - Calido enim cibo,potu,vt cremore cocti fœnigræci cum melle:melle cocto cum pipere vehementer irritantur.
  - Clyſteribus publicè in colico laudatis ex oleo rutaceo cum caſtorio.
  - Fomentis humidis & ſiccis,cataplaſmatibus,caſtorio ſuper vmbilicum poſito nihil leuantur,ſed à pleriſque horum peius habent.
  - Cibis euchymis & tẽperatis,ſed qui non facilè corrumpantur ab illo humore vitioſo,ſumpta & iniecta protinùs corrumpente iuuantur.
  - Curantur hiera picra ſumpta ad hos humores bilioſos vacuãdos aptiſsima,primũ modicè ſumpta,q̃ ſi iuuerit,largior datavacuatione iuſta ſanat,ſi vires valẽt:ſi ĩbecillæ ſint ex lõga inſõnia, magno dolore,vel alio,modicis interuallis purgãda eſt.

Succo ſcammonij accepto
Obſtructione & compreſsione

Signa colici affectus

Succo ſcammonij accepto, vel ſimili purgante medicamento

Dolor mordax quotidie increſcit, poſt huius ſenſum ſæpe deiectio fit cum roſione, liquida, fœtens, humorum in inteſtino corruptorum, & ex hepate & toto corpore ad inteſtinum hoc imbecillum delatorũ, ob id copioſior quàm pro ciborum portione, & mox à dolore & morſu, ſi inferiora inteſtina laborant, quibus clyſteres ſuccurrunt: multò tempore poſt morſum, ſi ſuperiora, fitque rheumatiſmus & fluxionis affectus, læſis à ſcammonio inteſtinis, quæ priùs erant imbecilla, ob id dolor hic per circuitus repetit.

Clyſteribus ex oleo rutaceo habent peſsimè.

Cibis coctu facilibus, quia facilè etiam corrumpuntur, læduntur: coctu difficilioribus, & aſtringentibus iuuantur & curantur, vt alica in aqua cocta, immiſsis punici granis vel aliis robur afferentibus, & ſcammonij noxã corrigentibus.

Potus ſit primo die cremor rhoos dilutus, vt inteſtinorum ſuperficiariam vlcerationem ſi qua ſit, aſtringat: & fluxionem reprimat, ſi qua ex locis ſuperioribus in afflictam partem confluat: deinde pane puro, vino auſtero, & fructibus auſteris vt piris, pomis, quæ mordaces dolores mitigando, & fluxionem ſedando, dolores ſic leniunt, vt æger dormire queat.

Poſtremò ſi opus eſt bibat theriacen. lib. de commoditatibus theriaces, & lib. 12. meth.

Huius tertiæ cauſſæ ſigna & curatio ſecundæ finitima.

Obſtructione & compreſsione à

Flatibus

Præceſſerunt frigida, humida, flatulenta ſumpta, vel ventri illiſa.

Dolor eſt tenſiuus ſine grauitate.

Strepitus flatuum per inteſtina motorum audiuntur.

Flatu emiſſo supernè vel infernè iuuantur, cui tamen ob magnam obſtructionem via non eſt.

Iuuatur & ſanatur digerentibus ſumptis, iniectis, admotis, ſi paucus & tenuis eſt flatus: ſi multus, craſſus læditur, donec copia ſit vacuata, & craſsities tenuata.

Pituita quæuis. — Inteſtinorum hepatíſque caliditatem, ſiccitatē.
Lūbricis in globum collectis. — Totius magnam reſolutionem, ſudore, inſenſili tranſpiratione.
Stercore retento ob — Cibum, potum, paucum, ſiccum, aſtringentem.
Tumore præter naturam inteſtinorum vel partium eis vicinarū.

Colicum dolorem perforanti ſimilem à nephritico, vel calculo vreteribus impacto acuto & aſpero quæ ſeparent ſigna, initiò nulla ſunt ſufficientia, ſimilibus tamen remediis gaudent, calorificis ſcilicet omnibus dolorem mitigantibus, ſumptis, iniectis, quem ſi non mitigant, etiam narcoticis vt philonio obtundendus eſt. Poſt principium autem his ſymptomatibus facilè diſcernuntur, vt paulò antè dictum eſt.

Colici
- Tormina, inflatio, tenſio à multis flatibus, quibus plena excrementa bubulo ſimilia, aquæ innatant. Interdum dura, ſicca, rotunda ſunt vt caprarum.
- Dolor ſubitus, ſi cauſſa ei⁹ vt obſtructio fiat ſubitò: mordax, ab humore mordaci inteſtinum rodente, idem perforanti terebro ſimilis eſt, à pituita vitrea, aut flatu inter tunicas incluſo. Hic autem ſparſus eſt latè, fixus eſt interdum: ſæpe vagus, &c. vt etiam hypochondria & ventriculum afficiat & ad alias extendatur partes, præcipuè anteriores & à dextris ſæpe, interdum ſiniſtris lumbis, vel aſcendit ad ventriculum, vel deſcendit ad hypogaſtrium: ſæpe tantus, vt ſyncopē & mortem afferat, vehementior in craſſis à magna cauſſa, mitior in eiſdem à leuiore cauſſa, vt in tenuibus eſt etiam à magna cauſſa, à lumbis, ad ſtomachum magna ex parte vagatur.
- Cibi appetentia & coctio deterior conſentiente ob connexum ſtomacho.
- Faſtidiū cibi, cruditas, ſpiritus flatuoſus, nauſea diu inanis.
- Vomitus primò ſæpe pituitoſus, deinde etiam aliquando bilioſus, miſta portione cibi priùs ſumpti, cui ſyncope & ſudor frigidus ſuccedunt.
- Malum ingraueſcit mox à cibo præcipuè multo, flatulento, frigido, aucta ab eo repletione, tenſione, cōpreſsione.
- Vrina pituitoſa, magis ſubſidēte vitreo humore, interdum bilioſa.
- Aſtricta eſt aluus, adeò vt ne flatus quidem vel ructus ex-

cernatur : excreto autem eo per ſe aut cum ſtercore , leuantur & ſanantur.

Sitis inexpleta vrget ob dolorem,inſomniam , obſtructionem meſaraicarum.

www.libtool.com.cn

Victus ratio plenior,crapuloſa, flatuoſa magna parte præceſsit & cruditas,ſpiritus flatuoſus,vomitus, nauſea diu inanis,in præcordiis mordacitas, faſtidium, indigentia plurima.

Signa doloris

Nephritici

Dolor fixus magis,paruo lumborum & profundo loco concluſus , poſteriora ſenſim & moto lapide derepentè affigit:primò mitior,pòſt ſæuior , paulatim ad ilia per vreteras deſcendit, crura lumbi metaphrenum condolẽt & tremunt,vel ſtupent,& ægrè extenduntur, flectuntur hę partes.

Cibo ſumpto lenior fit, vaporoſa parte alimenti renes humectando,emolliente ieiuno ingraueſcit : contrà colicus colo tum preſſo à pleno ventriculo,tum deinde repletione tenſo.

Lapis excernitur ſolus , vel cum ſanguine abraſis corporibus, per quæ tranſit præcipuè aſper & acutus calculus.

In vrinis ſabuloſa antè & pòſt ſubſident magna ex parte.

In lumbis eſt grauitas. Victus ratio calculo gignendo idonea.i.pituitoſa præceſsit.

Leuantur deſcendente aluo,ſed parum: ſanãtur tantùm excreto calculo vi naturæ ſolius , aut cum medicamentis vreticis & calculum frangentibus,quę data his qui nondum ſabuloſa minxerunt, ea largè mouendo ſanant , & affectum & affectam partem oſtendunt.

Symptomata ex conſenſu coli cum ſtomacho & ventriculo hic quoque adſunt, ſed pauciora & mitiora.

Vterini

Dolor ilium,pubis,inguinum,iſchij,coxarum, non lenitus ſubducta aluo:ſed flatibus aut mẽſibus retẽtis,excũtibus.

Suppreſſio menſium & humorum vacuari per vterum ſolitorum præceſsit.

Suffocatio ab vtero ſæpe adeſt vaporibus ad cor elatis & diaphragma.

Ex prædictis perſpicuum eſt colicum dolorem ſeu terebrantem vel pali modo impactum (qui ad craſſum inteſtinum referendus eſt) à dolore renum vel vreterum ex impacto illis aut origini vreterum calcu-

lo diſcerni non poſſe,niſi quis ſymptomata futura expectet. Nam doloris remiſsio excreto calculo, à renulis ſubſidentibus, nephriticum dolorem ſignificat: vti colicum, inflatio, extenſio, flatus multi, tormina, excrementa flatulenta bubulo ſimilia aquæ ſupernatantia. Nec præcedens victus ratio calculo aut colico dolori gignendo idonea, & quæ anteà paſſus eſt æger, ac præſentia ſymptomata ſunt negligenda. Quòd ſi dolores hos initiò diſtinguere nequeas, tamen communia vtrique remedia tutò iniicies, & admouebis calorifica: quibus ſi dolor non ceſſerit, aliquid da narcotici, vt philonij.

www.libtool.com.cn

**ilei, id eſt, voluuli**

- **Cauſſæ**
  - Expultrix inteſtinorum, facultas deprauata & ſurſum pellens, vel abolita. lib. 6. ſympt.
  - Inflammatio ab ictu vel cauſſa alia, & ab hac vel alio tumore compreſsio; Obſtructio à ſtercore arido — In ſublimibus & tenuibus inteſtinis.
  - Ad quas reducere poſsis alias Aëtij cauſſas.
    - Continuam cibi multi, varij, inſueti corruptionem.
    - Plagas quaſdam.
  - Frigus vehemens.
  - Frigidæ potionem immodicam, præſertim à ſudante ſumptam.
  - Delapſum inteſtini cum ſtercore in ſcrotum, vnde ſi violēter retrudatur, inflammatur.
  - Potionem veneni.
- **Signa**
  - Vehementiſsimus dolor in ſublimibus inteſtinorum partibus.
  - Cruciatus grauis ex vomitione multa, adeò vt tandem quidā ſtercus vomant. Ob id Miſerere mei dicitur practicis.
  - Tumor in tenuium inteſtinorum parte conuolutorum in chordæ modum, vnde chordapſum quoque vocant.
- **Curatio**
  - Vix vnquam ex eo aliquis ſanatus eſt. Gal.
  - Pueros (quibus familiaris eſt hic morbus) beneficio humidi natiui euadere dicit Aëtius. Senes verò vix vnquam conualeſcere, ſiquando eo morbo prehendantur, quod rarum eſt. Curantur remediis phlegmonarum & ecphracticis.

De affectibus ventriculo, & inteſtinis communibus, licet interdum ſint primariò in alterutro, lienteria, cœliaca affectione, cholera morbo.

www.libtool.com.cn

- **Lienteriæ**
  - **Cauſſæ**
    - Motus deprauatus facultatis expultricis ventriculi & inteſtinorum. lib. 6. ſympt.
    - Facultas alteratrix & retentrix ventriculi & inteſtinorum extincta. cap. 12. lib. 1. criſeon.
    - Facultatis coctricis imbecillitas, vt ſumpta deiiciantur, qualia ſunt deuorata. Gal. Aph. 1. lib. 6. & lib. 6. ſympt. & Aëtius lib. 9.
    - Facultatis retentricis imbecillitas. Gal. Apho. 12. lib. 4. & 1. lib. 6.
    - His ſingulis facultatum naturalium affectionibus ſuccedit lienteria mitior, multò magis duabus, tribus, maximè omnibus, & ſi cauſſæ ſequentes vnà adſint.
    - Vlceratio ſummas tantùm partes ventriculi aut inteſtinorum occupans. Gal. Aph. 12. lib. 4.
    - Aqua intercus per inteſtina longo alui profluuio & cũ multis torminibus vacuata, vel alia mordax & acris materia etiam facultate parum læſa. Gal. Aët. Paul. & ab his maligníor & dyſenteriæ propinqua eſt lienteria.
    - Leuis & polita interior facies inteſtinorum ob cicatrices multas & magnas, dyſenteriæ magnæ ſuccedentes, quibus ora venarum meſaraicarum obturata, alimenti diſtributionem negant.
  - **Signa**
    - **Communia vtriq; lienteriæ**
      - Deiectio aſsidua, inęqualis, aquoſa, cruda (niſi quòd cocta eſſe poteſt in cicatricoſa) ſine ſanguine & bile, niſi maligna ſit, & quæ dyſenteriam minetur.
      - Nutritio fruſtrata, & inde cachexia.
      - Cibi faſtidium.
      - Ructus autem acidus ſuperueniens, bonum. Aët. Aph. 1. lib. 6.
    - **Propria lienteriæ**
      - **Mitiori**
        - Deiectio crudorum abſque vllo doloris ſenſu, ſed imbecilla facultas, contentis ceu graui aliquo onere preſſa, ne paruo quidem tempore poteſt ea retinere, ſed ſine morſu deiicit.
      - **Maligniori**, Deiectio acrium & mordacium excrementorum.

Cœliacæ .i. ventralis affectionis
- Cauſſæ
  - Cibi corruptio aſsidua, & vſus ciborum alienorum.
  - Ventris frigiditas aut calor inſignis, aut percuſsio, aut ex morbo longo imbecillitas.
  - Medicamenti purgantis violentia vel abominatio.
- Signa
  - Deiectio aſsidua humidorum excrementorum, non ciborum crudorum & incoctorum, non corruptorum, nec in alienam qualitatem mutatorum.
  - Tamen interdum fœtida cum animi deliquio, aliquã do cum ſanguine flauo & tenui, & ob id ciborum vitioſorum appetentia.
  - Corpus decolor, & multùm gracile, cute rugata.
  - Venæ ventris liueſcunt.

www.libtool.com.cn

Si morbus veterauit, vt ſi autumno cœptus hyemem attigerit, ęgerrimè curatur, idque remediis cauſſæ & relicto affectui contrariis. Hæc Aëtius.

Cœliaca autem diſpoſitio cum miti lienteria confunditur Paulo li.3. & Gal. lib.6.loc.aff.cap. 2. niſi quòd in vtraque lienteria celeriùs deiiciuntur ſumpta, quàm in cœliacis: in eáque tanta eſt cruditas, vt alimẽti aſſumpti ſpecies in deiectione ipſa appareat.

Signa choleræ morbi
- Motus deprauatus facultatis expultricis ventriculi & inteſtinorum, & inde vomitus & deiectio bilioſa, per horas multas continuè perſeuerans ſponte naturæ, corporis redundantiam vacuantis.
- Sitis & ſudor.
- Pulſus impeditus.
- Contractio & tenſio muſculorum manuum, & pedum, pręcipuè ſurarum.

- Phlegmones
  - Febris parua, interdum continua, ſæpe intermittẽs & inordinata, qualis quæ quartanas minatur.
  - Vrina principiò alba, poſteà ſanie tenui tincta, qualis à partium internarum phlegmonis reſudat.
  - Dolor vehemens, ſi membranam ambientem aut vaſa renum occupat: grauis, ſi renis ſubſtantiam, pro vario decubitu.
- Eryſipelatis, ſigna eadem, ſed valentiora.
- Scirrhi, ſæpe phlegmonem aut eryſipelas immodicè refrigerata ſequitur.

www.libtool.com.cn

**Signa renis alterius, vel vtriuſque, affectuum**

- **Abſceſſus iam facti .i. phlegmones ſuppuratæ**
  - Dolor cum horrore interpellato & vario.
  - Febris quædam inordinata ſequens.
  - Decubitus pronus vel in latus illæſum, grauitatẽ & velut ſuſpẽſi põderis ſenſum reni dolẽti inuehit.
  - Pus mictu redditũ cocto & rupto abſceſſu. Aph. 75. lib. 4. dolore liberat ægrũ. Túncque vlcus in rene eſt, magno ſtudio mox cicatrice tegendum: poſteà enim curationem habet difficilem.
- **Vlceris perſeuerantis**
  - Ramentum in vrina interdũ, & pus exiguũ, & ſanguis. Aph. 75. lib. 4. eroſo vaſe precipuè poſt motũ multum, tamen is etiam magna copia interdũ excernitur meiendo, vaſe rupto per caſum, ictum magnum, plenitudinem, interdũ aperto venæ alicuius ore.
  - Exiguæ cum vrina caruncule. Aph. 76. lib. 4. efficaciſsimũ vlceris renum indicium. Sunt enim partes eſſentię renũ ob vehementem vlceris eroſionem auulſæ.
  - Vrina acris ſero lactis ſimiliscũ ſedimento tandẽ purulẽto.
  - Pus itẽ ab hepate, pleuritide, ex venis per renes, vreteras, veſicã primùm ſine noxa excernitur, tãdem verò vlcerat.
  - Dolor frequentiſsimus in affecto rene.
- **Pilorum copiæ**
  - Pili cum vrinis excreti. Hipp. Aph. 76. lib. 4.
  - Longi interdum ſemipedem, & eo plus.
  - Exigui multùm, interdum & graciles, vt in venis renũ concreſcere magis videantur, à vitio materiæ craſſæ & lentæ, calfactæ & ſiccatæ à calore renum, vt color & moles horum oſtendit. Gal. ibidem.
  - Vrinã cientibus curantur, neq; calculos neceſſariò vel præcedunt vel comitantur.
- **Imbecillæ retẽtricis**
  - Tenuis ſanies ſanguinis meitur, qualis initiò hepaticę dyſenteriæ deiicitur: niſi ꝙ hęc cruenta magis ob imbecillã renum retentricem, vel immodicè dilatata venarum ora, per quę ex caua vena in renes vrina percolatur.
- **Diabetæ**
  - Sitis inexpleta à qua dipſacus quoq; affectus dicitur rariſſimus, & Galeno tantùm bis, viſus, mihi ſemel in adoleſcẽte ex eſu largo cæparum.
  - Potus ob ſitim multus, & celerrim⁹ eius ad renes trãſitus (vnde nomẽ malo eſt) qualitate eius nõ mutata, & quãtitate ſeruata: qualis eſt enim vẽtriculo & inteſtinis, liẽ-

teria, quantùm ad tranſitus immutati cibi & potus celeritatem; talis renibus & veſicæ diabetes, extincta in vtroque facultate retentrice & alteratrice.cap.12.lib.1.criſeon, & Aph.1. lib.6.

Trahitur autem à calore immodico renum ex ventriculo illæſo per inteſtina, meſaræum, hepar, venam cauam illæſa. Vel caninę in ore ventriculi appetentiæ proportione reſpondet accedente retentricis renum imbecillitate.

www.libtool.com.cn

Cætera ad huius affectus generationem pertinentia lege, ſi libet. cap. 3.lib.6.loc.affect.

De calculo renum ſimul & veſicæ mox dicemus.

Communes veſicæ & cæterarum partium affectus, vt tumores præter naturam, intemperaturæ, dolores, ex dictis aliorum ſignis noſcuntur, proprij circa ipſius actionem.i.vrinæ redditionem naturalem ſphincteris laxati otio adiutam, & actione muſculorum epigaſtrij præcipuè mediorum nunc dicuntur.

Iſchuriæ.i.vrinæ ſuppreſſæ à
- Veſicæ
  - Phlegmone, vt luxata intrò ſpina lũborũ. — Curata phlegmone lotiũ emittitur.
  - Senſu obtuſo, affectis veſicę propriis neruis citra expultricis imbecillitatem.
  - Retentrice ob immodicam tentionem læſa etiam in ſanis ſed occupatioribus, & vrinæ reddendæ vacare negligentibus.
  - Retentrice adeò imbecilla, vt contẽtum in ſe lotium nequeat comprehendere vt exprimat.
    - (Senſu obtuſo … vt exprimat): Lotio paulatim eſt impleta veſica nõ ſentiente homine.
  - Expultrice reſoluta, qua vtitur veſica vrinę quantitate aut qualitate moleſtata. Tunc manibus preſſa veſica, & decliui vrina redditur, non redditur obſtructa vel compreſſa fiſtula vrinaria. Reſolutus autem ſphincter inuitæ non cohibitæ mictionis eſt cauſſa.
- Calculo
  - Vrina aquæ ſimilis cum hypoſtaſi ſabuloſa pręceſsit, & citò ſupprimitur.
  - Pudendi laxi vel intenti immodicè aſsidua ſcalptura.
  - Succuſsis valenter aliquoties cruribus altioribus ægri ſupini calculus in veſicam retruditur, aut per immiſſum catheterem, túncq; fluit vrina.
  - Cætera calculi ſigna præceſſerunt.

www.libtoof.com.cn

**Signa propriorum veſicæ affectuum**

- **Fiſtula vrinaria conſtipata, id eſt,**
  - **Obſtructa**
    - **Grumo** — Calculi nulla nota præceſsit, ſed fluxit ſanguis ex vena rupta, eroſa, aperta, à renibus per vreteras, vel à veſica, niſi hac vlcerata grumus in ea paulatim concreuit, etiam non præcedente ſanguinis fluore.
    - **Pure** — Abſceſſus gibbæ hepatis, pulmonis, pleuræ, renum, vreterum veſicæ, meatus vrinarij vel vlcus magnum præceſsit.
    - **Lento, craſſo ſucco** — Victus ex craſsis, lentis, multis cibis præceſsit.
    - **Caruncula vel callo** — Vlcus colli veſicæ præceſsit, & catheter immiſſus dolet, qua parte meatus erat vlcus, & caro à cathetere fracta excernit, cū vrina & cruore.
  - **Compreſſa**
    - **Phlegmone**
      - In aliqua parte colli veſicæ, vel penis vt in perineo ex vulnere, vel cauſſa alia.
      - Fotu ex aqua calida & oleo per tres horas compreſsione minuta & dolore leuato, preſſa manu pube conetur meiere, non autem immittatur catheter fuga doloris
    - Scirrho, abſceſſu, inflatione, vel tumore alio præter naturam magno.

In his tumor in pube circunſcriptus ab impleta veſica apparet, & tenſio veſicæ dolorifica: quorum neutrum adeſt, ſi in vreteribus aut renibus obſtructis aut compreſsis, aut renum abolita attractrice vel expultrice, eſt cauſſa ſuppreſſæ vrinæ, ſed in renibus eſt dolor grauis, & non multò pòſt vrina vomitu reiicitur. In vreteribus etiam dolor in ilibus perceptus paulatim cum calculo deſcendit. Ab affectibus aut ſpinæ aut neruorum ab ea ortorum imbecillitas veſicæ tanta, vt vrinam ſupprimat, accidere nō poteſt.

- **Acrioris ob**
  - Sanguinis calorem immodicum, & bilem multam vrinæ miſtam.
  - Vlcus veſicæ, renum, vreterum, meatus vrinarij
  - Arenulas, pus miſtum, abſceſſu gibbæ hepatis, pulmonū, pleuræ, renum, rupto, vel vlceri partium vrinariarum ſuccedens.
  - Pituitā ſalſam & putrē vacuatā ex venis per renes & veſicā, vel in veſica ex mora & partis cōtagione natā, vel aliā materiā acrē vrinæ miſtā: tūc dolorifica eſt ſtranguria.

Stranguriæ, id eſt, ſtillicidij vrinæ
- Nõ ita mordacis, ſed ob imbecillitatem
  - Retentricis veſicę, vt etiam parua quantitate aut qualitate parum mordaci grauata expultricẽ incitet ad actionẽ.
  - Expultricis ab intemperie aliqua præcipuè frigida.
- Vel etiam ob reſolutum colli veſicæ muſculum ſphincterem, tunc indolens & inuita eſt ſtranguria.

www.libtool.com.cn

Calculus ferè in renibus, vreteribus, veſica, vti & arenulæ, frequens calculi materia, gignitur à calore partis immodico ex materia craſſa, lenta, qualis eſt pituitoſa, & interdum melancholica. Qui autem in folliculo fellis, inteſtino cæco, & partibus aliis aliquando vi caloris tandem concreſcit calculus, eaſdem habet cauſſas: ſed quia rarus eſt, neq; ita ſolet affligere, ob id illius non huius ſigna ſubiiciam.

Signa calculi in renibus
- In renibus & lumbis grauitas & dolor fixus, velut ab impacta ſpina, pungens, paruo loco circumſcriptus, cum lapide ſemper increſcens, ad ilia quoque extenſus, & teſtem reni dolenti correſpondentem.
- Dolor quieti calculi mitior, & ſi in capacitate renis concreſcit calculus, quàm ſi in ramis vaſorum, quæ emulgentia vocant. Vbi augetur verò calculus, vtrobique dolor magnus: in carnem verò dum erupit, tantùm grauis eſt, paſtis mitior quàm ieiunis.
- Spinæ lumborum curuitas quotidie maior euadit.
- Vrina priùs rubra, nigra, craſſa, cum arenulis rubris, & renum dolore, nunc eodem perſeuerante, vrina alba & tenuis. Aph. 79. lib. 4.
- Arenæ multæ, aut etiam lapilli priùs excreti aut per ſe, aut vſu diureticorum, & calculos comminuentium.
- Stranguria adeſt, & in ea morſus vehemens.
- Parentes eius ſunt calculoſi.
- Pedis & cruris eiuſdem cum rene calculoſo lateris ſtupor, & interdum parui digiti eiuſdem pedis.
- Formicatio harum partium neruis ex ſpina lumborum ortis, à rene per calculum tenſo, compreſsis.
- Nauſea & vomitus ob connexionem & conſenſum renum cum ventriculo, vt in nephritide diximus & colico dolore.
- Adulti potiùs ſunt quàm pueri.

Dolor

Signa calculi in

Vreteribus

- Dolor ilium multò vehementior, & ſepe velut ab acubus pũgentibus ad iſchion extenſus, paſtis mitior quàm ieiunis,
- Vrina nigra, cruenta, paulatim, & interdum cum quodam ardore.

www.libtool.com.cn

- Frequens lumborum frigiditas calore ob doloris vehementiam retracto.
- Aluus adſtricta.
- Auxilium ex fotu ilium.

Veſica

- Dolor ſub pube, in collo veſicæ, ano, & perineo, & inguinibus, cum grauitate ceu incumbentis alicuius ponderis, ſtantibus aucta in perineo: cubantibus in quam partem ruit calculus. Grauitas coxarum & tibiarum multa.
- Dolor ilium præceſsit, à deſcendente per vreteras calculo nunc ceſſauit, ſi ex renibus aut vreteribus eius origo eſt, non in veſica.
- Aluus adſtricta, & egerendi cupiditas tanta, vt interdum ſedes procidat.
- Meiendi frequens deſiderium, ſed propè irritum. Nam ægrè meit, & poſt mictum magis meiere appetit.
- Virga paulatim ſtillat, & interdum ſibi videtur cum vrina calculum excreturus æger.
- Vrina propè ſemper inuito rigida, dolet & prurit cum toto meatu vrinario & inguinibus.
- Vrina præceſsit tenuis, alba, cum hypoſtaſi arenoſa, multa, diu perſeuerante, in dies diminuta.
- Vrina autem lactea, craſſa, cum hypoſtaſi craſſa, globoſa, arenoſa, ſupernè liuente, inueteratum calculum ſig.
- Perceptus ſono potiùs quàm renixu calculus, à cathetere vel digito per ſedem aut collũ vteri in muliere, immiſſo.
- Pueri potiùs ſunt quàm adulti.

Calculorum in his partibus numerus, magnitudo, figura, color, denſitas, raritas, partim ex dictis, partim ex aliis eſt coniectanda.

De vteri affectibus, primùm ſuffocatione ab vtero.

- Immobiles quædam iacent ſine ſenſu cum obſcuro pulſu, & reſpiratu, adeò vt in quibuſdam non percipiatur motu admotis ori lanæ carptæ flocculis, aut ſpeculo terſo, vel vaſe aquæ ori ventriculi impoſito. Quia tamen reſpiratio & vita mutuo ſe conſequuntur, in his aut reſpiratio eſt, ſed tam exigua, vt ſenſum fugiat: aut reſpira-

N

Vrinæ ſuffocationis ſeu apnœa ob vterum præcipuè viduarum

Signa

tione non eſt opus cum exiguo calore reliquo refrigerando & ventilando, tunc ſufficiat corporis totius tranſpiratio à corde per arterias facta, vt non moriatur, quòd in hoc vteri affectu totum corpus refrigeretur.

www.libtool.com.cn

Quædam animi deliquio & dyſpnœa laborant, ſed ſentiunt, moueri poſſunt, & integra ratione vti.

Aliæ, crura & brachia, neruis morſis & conuulſis, à ſeminis corrupti acrimonia contrahunt, & ſopore integro corripiuntur.

Aliáque ſymptomata, ob multas vteri affectuum differentias, pro cauſſæ efficientis magnitudine, vel pro ſpecierum quarundam varietate inter ſe differentes.

Vterus totus cum collo quibuſdam ſurſum modicè retrahitur, non tamen ventriculum tunc attingit, multò minùs diaphragma. Aliis ad latus: quibuſdam in ſuo ſitu permanet per hæc accidentia hyſterica, vt obſeruatum eſt obſtetricibus & medicis mulieribus, ſed quando ſimul cum ſemine corrupto, mēſes erant ſuppreſsi. Si enim ſolùm ſupprimantur, vteri peruerſiones dictæ fient: hyſterica ſymptomata non fient.

Cauſſæ

Hyſtericorum ſymptomatum

Menſes ſuppreſsi, vel potius ſemen muliebre frigidius, humidius in vtero cohibitū & corruptū, & inde craſsius, acrius vel melancholicę naturę, parua quātitate, vi maxima præditū, toti corpori noxā infert tantam, vt dicta ſymptomata excitet, quomodo paruus vapor, epilepſiam, venenoſa quædam ſubſtātia aut qualitas ab animalium quorundam ictu, ſpuma canis rabidi, veneni ſumpti parua quantitas.

Nam viris iunctæ menſibus ſuppreſsis, pluribus ſymptomatis pòſt dicendis infeſtantur, tamen nec apnœa, nec lipothymia, aut alio hyſterico ſymptomate vexantur.

Viduæ verò, hyſtericis ſymptomatibus prædictis vexantur, corrupto, vt dixi, ſemine, præcipuè ſi vitioſis humoribus redundent & plenæ ſint, & ocioſę, & multo coitu antè vſæ à quo affatim abſtinent, & ſępe pepererint, etiam-ſi menſes pro conſuetudine, aut paulò minùs nunc fluant.

Semē enim, præcipuè ſi naturaliter eſt multùm & paulò calidius, ad ſui excretionem vi quadam & natu-

rali cupiditate excerni ſtimulat. Quapropter quædam ob ſtetricum digitis titillatæ, cùm craſſum & plurimum ſemen cum dolore & voluptate excreuiſſent, mox ab his ſymptomatibus ſunt liberatæ. Semine item nondum excreto, aut preter cõſuetudinem diutiùs cohibito, viri quidam torpidi, pigri, mœſti, timidi, cibum auerſantes, malè coquentes, nauſeabundi euadunt, pro ſeminis retenti quantitate, qualitate.

www.libtool.com.cn

Signa menſium

Retractionis vteri ſurſum vel ad latus ſeu peruerſionis vteri

Vaſa ad vterum peruenientia ex caua, ob ſuppreſſos menſes plena, & vincula irrigantia, in latum & profundum aucta, ſed breuiata (vt in cõuulſione ex repletione fit) ad originem retracta magis, minùs, pro plenitudinis modo, vteri partem cui inſeruntur, retrahunt, æqualiter tunc rectus manet vterus, inæqualiter tunc ad partem vehementiùs tenſam & trahentem intenditur, ob id motu errabũdo per corpus ferri videtur imperitis: in ipſius autem capacitatem vt ſanis antè non recipitur ſanguis menſtruus, quia craſsior eſt q̃ per ora illa vaſorũ poſsit penetrare, aut quia ora illa ſunt clauſa.

Vacuatorũ immodicè

Ciborũ appetẽtia & coctio vitiata. Calor fœdus corporis totius. OEdemata pedum. Proſtratio viriũ corporis & cæte. — Si menſtrua plura fiãt, morbi accidũt hi: ſi nõ fiant, ex vtero morbi phlegm. eryſip. ſcirrhi, cancri, aph. 57. lib. 5. ſymptomata, vt cõuulſio lib. 5. aph. 3. immodicam ſanguinis vacuationem per hæmorrhoidas, nares, vulnus phlebotomen ſequentia.

Suppreſſorum

Mulier nec prægnans nec puerpera lac habet in mammis. aph. 39. 1.

Grauitas corporis etiam ſine lacte in mammis.

Cibi faſtidium & horror inæqualis.

Dolor lũborũ, colli, ſincipitis, ad oculorũ radices præcipuè ſi diu ſuppreſsi ſint, nec vacuata ſit à medico mulier.

Febres etiã ardentes fiũt, & tumores in ilibus inflãmatorij, & panus qui ſuppuratus longo tempore vix ſanatur.

Vrina ægrè redditur quibuſdã, aliis omnino ſupprimitur.

Vrinæ nigricantes cum rubra ſanie tanquam fuligine miſta cum lotura carnium recèns mactatarum.

Quorũ nullũ accidit integrè purgatis mulieribus, ſed plerũq; qbus mẽſes ſunt ſuppreſsi, hęc ab vtero ſympto. accidũt.

Signa & cauſſe fluxus muliebris

Corpus totum præcipuè pituitoſum, & laxis carnibus, per vterum etiam illæſum, vt interdum per nares vacuatur.

Excernitur ſanies rubra, ſuppallida, aquoſa: Adhibitis toti corpori remediis intacto vtero ſanantur.

Si autem ſanguis effluit; qualis à vena ſecta, obſerua diligenter, an ſit vas eroſum in vtero præcipuè in collo: illud, ſanies: hoc ſanies & tactus oſtendunt.

Sanguis etiam interdum in pregnantibus excernitur, ſi ora venarum in ceruice aperiuntur. Mammarum item habitus, vteri & fœtus diſpoſitionem ſign. aph. 37. 38. 48. lib. 5.

www.libtool.com.cn

Ex deiectione ſigna propria affectuum ventriculi, inteſtinorum, lienis, hepatis, partium vicinarum, interdum totius corporis perpauca accipiuntur: ſic ex vrina, colis, veſicæ, vreterum, renum, hepatis, lienis, pulmonis, thoracis, partium vicinarum, aliquando & totius corporis affectuum ſigna ſumuntur. Affectæ verò partes & affectus ipſi per ſigna alia cuique parti affectæ conuenientia, diſtinguntur.

Phlegmones & aliorum in cole tumorum ſunt viſui & tactui maniſeſtiſsima ſigna.

Signa vlceris in colis meatu

Dolor in parte vlcerata, præſertim vrina fluente per vlcus ablato ramento & ſordibus deterſis purum, cum qua etiam excernitur ſi quid in vlcere reſedit.

Pus vrinā præuenit, quod ab vlcere veſicæ, vreterum, renum, vrinæ tantò magis miſtum eſt, quantò à loco remotiore deſcendit.

Gonorrhœa autem. i. inuita & aſsidua ſeminis excretio, ſi fiat pudendo intento à conuulſione eſt partium ſpermaticarum: ſi laxo, ab earundem imbecilla retentrice & coctrice.

Priapiſmus, id eſt, pudendi totius in longum & latum inuita auctio ſine libidinis deſiderio à ſpiritu inflante, vel ibi genito, quod rarum eſt, vel per patentia arteriarum pudendi ora effuſo, quod ſæpius fit, præſertim in quibus inſueta eſt à venere multa abſtinentia, aut cinctura inſueta cum æquitatione, ambulatione, vel ex vſu multo ciborum acrium, aut decubitu ſupino.

Signa prognoſtica ſalutis aut boni, in morbis acutis ſumuntur à facultatum noſtrum corpus diſpenſantium (in quibus noſtra eſt vita) maximè vitalis, deinde animalis, tertiò naturalis paruo in ægris receſſu à ſtatu ipſarum ſecundum naturam, & qui ſanis ipſis inerat. Signa autem mortis, aut mali à magno receſſu. Receſſum hunc indicant actiones & opera dictarum facultatum magis aut minùs lęſa pro morbi ma

gnitudine. Quæ omnia Hippocrates in epidemiis, prorrheticis, aphoriſmis, prognoſticis abundè perſecutus eſt, poſsitque cui libitum eri omnia, in læſas tres facultates regerere.

Signa criſis futuræ:

- Status & ſummus vigor morbi adeſt potiùs quàm augmentum Nam in principio & declinatione non fit criſis.
- Signa coctionis perfectæ adſunt in vrinis, ſi affectus eſt in genere venoſo, vt febris: in ſputo, ſi affectus eſt partium ſpiritaliũ vt pleuritidis peripneumonia.
- Die aliquo vel critico, vel criticis intercidente eſt indicata per aliquam vacuationem, vt ſudorem, hæmorrhagiam, deiectionem, vrinas, vomitum, quamuis aliquando non indicatur.
- Dies criticus adeſt, aut intercidens, vt 4. 7. 9. 11. 14. 17. 20.
- Subita præter rationem in corpore fit perturbatio, inquietudo, ſubſultatio.
- Natura celeriter & vehementer à morbo irritatur.
- Noua & inſolens ſpirandi difficultas.
- Mentis alienatio repentina, & delirium.
- Tolerandi morbum ſubita difficultas ſine ratione.
- Viſus, auditus, ſenſuum aliorum proſtratio.
- Nox aut dies acceſsionem (in qua futura eſt criſis) præcedens grauis & moleſta, turbata ſcilicet natura in ſecernendo bona à malis, & hæc præparando ad excretionem.
- Rigor à bile flaua vehementer mota in febre ardẽte. aph. 58. li. 4.
- Quæ præcedit aluus præter rationem aſtricta, vel vrina ſuppreſſa, vel ambo ſimul, tunc ſudor multus ſuperuenit neceſſariò. Vrina autem ſola ſuppreſſa cum deiectione pauca, etiam ſudores: cùm multa, criſis per hanc fiet, aut ſolam, aut etiam vomitum, ſi eius ſigna adſint: idque æqualiter, vel inæqualiter, pro naturæ motu & indiciis vtriuſque.
- Pulſus inæqualis precipuè in criſi periculoſa, & cum magna naturę pugna.
- Acceſsio anteuertit longior eſt & vehementior.
- AEſtus intolerandus.
- Inquietudo maxima.
- Sitis inexpleta, frigidę ſumma cupiditas.

- Febris ſalubris, & cũ ſignis ſalubribus, ſed protracta non ſoluta, vt ad diem viceſimum, & diuturna ac tarda, ſine dolore à phlegmonę vel cauſſa externa, hyeme magis.
- Morbus aut calidus, ſed cum viribus imbecillibus: aut frigidus,

Signa criſis futuræ per abſceſſum, in febre mitiore & diuturniore

In quanuis partem

ſed cum viribus robuſtis. Nam ſi calidus & vires robuſtæ, per excretionẽ ſoluetur: ſi frigidus & vires imbecillę, aut ęgrum iuglat, aut tardiſsimè vix coquetur.

AEtas minor annis. 30. aut. 35. Nam ſenibus minùs fiunt abſceſſus ob virium imbecillitatem, etiam ſi febris ſit diuturnior. Infrà autem annos 30. magis & citiùs fit abceſſus.

Vrinæ tenues & crudæ longo tempore. Nã multæ, & cũ plurima hypoſtaſi, paulatim coqui & ſolui morbum ſig.

www.libtool.com.cn

In articulos, vel glãdulas, aut alias partes

Superiores vt glãdulas colli & parotides dicuntur

- Morbus præcipuè non diuturnus.
- Somnus grauis.
- Dolor capitis vehemens.
- Capitis & temporum grauitas.
- Surditas repentina & præter rationem.
- Reſpirandi difficultas aliquandiu ſine cauſſa manifeſta.
- Hypochondria ſemper mollia & indolentia.
- Reſpiratio aliquandiu difficilis, ſubita, ſine cauſſa manifeſta, mox quieſcens.

Inferiores

- Morbus diu durauit.
- Vrina tenuis, cruda, multò tempore miċtá.
- Circa hypochõdria aliquid phlegmones & caloris in peripneumonia, huc repere humores ſig.
- Grauitas, tenſio, phlegmone, dolor inferiorum partium.
- Nullum ex ſignis parotidum apparuit.

Quancunque

- Morbus acutus & calidus.
- Criſis imminens in primis circuitibus.
- Signa excretionis alicuius propria adſunt.
- Nulla abſceſſus ſigna adſunt.
- Pulſus altus & vehemens.
- In qua diſcernenda ſpecta, vnde & in quam partem eſt naturæ impetus, vt defectum ſuppleas, & motum eius immoderatum inhibeas.

- Manus nari ſeu ſcalptura admota, qua ſcabẽte ſanguis mox erumpit.
- Palpitatio partium aliquarum faciei.
- Arteriarum in temporibus pulſatio vehemens.
- Venarum in temporibus tumor.

Signa criſis futuræ per excretionem in febre calida, continua & ardente

Per hæmorrhagiam è naribus

Capitis, temporum, colli dolor grauis, tenſiuus, pulſatorius, calidus, nunc primùm in hac perturbatione natus.

Oculorũ, & malarum, & narium rubor: interdum lachrymæ inuitæ ob fluxum multum bilis.

www.libtool.com.cn

Ob oculos ſplendores ab humore flauo, caligines, hallucinationes obuerſantur: quia multus humor bilioſus ſurſum affatim elatus ſpiritus viſorij meatum obſtruit.

Hypochondrium dextrum, ſi nare dextra: ſiniſtrum, ſi ſiniſtra fluxurus bona criſi ſanguis eſt, ſurſum tenditur, ſine hypochondrij dolore & phlegmone præcipuè infrà annos 30. aut 35. vltra hos annos & in his vomitus magis ſperandus. Hepar autem vel lien inflammata ſunt cauſſæ & ſigna fluxus ſanguinis, quando morbus per excretionem debet terminari.

Spirandi difficultas repentina, inſolita, ſanguine per thoracem aſcendente & ipſum comprimente.

Vrina ante rigorem ſuppreſſa. Nam multa & cum multa hypoſtaſi, aut eius loco deiectio liquida, impermiſta, bilioſa, huc naturam vergere ſig. & morbum hac purgari.

Pulſus repentè magnus, altus, turgidus, vehemens.

AEtas plurimo ſanguine abũdans adoleſcẽtia. 3. pro. & aph.

Natura ægri ſanguinea, aut calidior, ver, æſtas, regio temperata, aut calida.

Solitæ excretiones, vt menſium hæmorr. ſuppreſſæ.

Conſuetudo fluendi ſanguinem per nares, in ſanitate & morbis.

Criſes multæ tunc per hæmorrhagiam narium.

Vomitum bilioſum

Totius capitis grauitas & dolor velut mordax, & vertigo.

Tenebræ oculis oboriuntur & hallucinantur.

Stomachi (quod cor vocant) morſus & anxietas.

Labrum inferius agitatum & tremulum.

Multum ac tenue ſputum per os defluens.

Rigor & frigus partium ſub præcordiis priorem ſign. præcipuè ſi paulò antè biberit vel ederit: id enim vomitum accelerabit.

Pulſus durus & inæqualis, præcipuè ſi humor bilioſus ad ſtomachũ confluat, cúmq; grauet, ac mordeat, cũ ipſoq; totum œſophagũ ſuprà & infrà diſtrahat: quæ cauſſa eſt prædictorum omnium ſymptomatum & ſignorum.

AEtas florens, natura, conſuetudo victus, vitæ conditio bilioſa, æſtas, &c. calida, ſicca conſentiunt.

Signa criſis futuræ per

- Deiectionem
  - Manifeſta ſunt, non tamen propria. Si enim ſigna coctionis & criſis adſunt, ſigna autem hæmorrhagiæ, vomitus, ſudoris deſunt, collige criſim fortè per ventris perturbationem & deiectionem, niſi lumborũ grauitas inſignis, & dolor, & tenſio criſim per menſes in muliere prænunciet: aut etiam in viris, per hæmorrhoidas inſuetas. Nam ſi conſuetæ ſint, ægrè diſcernitur, an criſis per illas ſit futura.
- Eadem de criſi per vrinas dici poſſunt, & ſputa, vt libro primo ad Glauconem: vt ſi aluus aſtricta ſit, & ſigna criſis per excretionem adſint, nulla autem vomitus, ſudoris hæmorrhagiæ.
- Sudores
  - Aluo præter rationem aſtricta, vel parca, & ſuppeſſo lotio.
  - Rigor in febre ardente ſuperueniens.
  - Delirium in creſcente acceſsione.
  - Partes corporis externæ calidiores, rubicundiores.
  - Vapor calidus in cute nouus.
  - Pulſus vndoſus & inſigniter mollis, qualis etiam ſudorem acceſsioni intermittentium ſuccedentem prænunciat.

Hæ verò criſes ſi ante ſigna coctionis fiant irritata natura ab humorũ quantitate, qualitate, mala criſis fiet. Plura de his in criſibus Gale.

Signa neutra

1. Sanitatis & morbi indicatiua, ſecundum vnum neutrius ſignificatum.
2. Quæ ſenibus & his qui à morbo referuntur, inſunt, ſecundum alterum neutrius ſignificatum.
3. Futurum morbum prænunciantia, formæ inter ſalubria & inſalubria mediæ: de quibus hoc loco agendum nobis eſt.

Signa hæc tertio modo neutra ſeu futuri morbi, ſunt ex genere ſalubrium ſignorum, ſed quantitate, vel qualitate, vel tempore, vel horum duobus tribúſue mutata variant ab his, non propria ratione, qualia ſunt quæ ſequuntur.

Corporis moles

- Maior, minor.
- Albior, rubentior, liuidior, nigrior.
- Olens magis, minùs.

Ad motus torpor, grauitas, ingens exolutio, animi hebetudo non naturalis, & obliuio quædam inſueta.

Somnus aut vigilia
Longior, breuior, inſomnia ſeu dormiendi impotentia.
Profundior, leuior quàm priùs.
Cum pluribus imaginationibus & ſomniis quàm priùs.
Intempeſtiuus, vt diurnus pro nocturno. lib. 2. progn.

www.libtool.com.cn

Auditus, viſus, olfactus, guſtatus, tactus hebetior, turbulentior.
In auditu tinnitus, ſtrepitus, præter naturam ſunt.

In viſu
Rufa, rubra, cærulea, fuſca, nigra
Rotunda, oblonga, excauata
Gracilia, craſſa
Oculis ſi quis falsò prætendi credat.

In olfactu
Odore percepta quędam qualitas fœtens nullo odore tali preſente.
Odores multos ſpecie differentes naribus admotos, ſi velut ſimiles omnes odoratus iudicet.
Olfactio abolita.

In guſtatu
Salſus
Amarus
Acer, alteriúſue qualitatis
Sapor cibi, potus, ſaliuæ falsò apparens.

In tactu
Inæqualitas, compreſsio, ſpiſsitudo, grauitas, tenſio, diſpoſitio torpida, vlceroſa, phlegmonodes, in toto corporis habitu vel parte percepta.
Nam laſsitudo ſpontanea morbos prænunciat. aph. 5. lib. 2.

Capitis dolor, grauitas, tenſio, pulſatio inſolita.

Cerebri excrementa per
Aures
Oculos
Nares
Os
Palatum
Suturas
Qualitate, quantitate, tempore, mutata.

Sternutamenta plura, pauciora quàm ſecundum naturam.

Hæc ſigna ſunt neutra, id eſt, futuræ ægritudinis facultatis animalis, vel domicilij eius cerebri, vel partium per quas dictæ actiones obeũtur: vel cũ iis conſentientiũ, ſi multa ſint, magna & diuturna.

Sputum vel ſcreatum
Craſsius, tenuius, miſtum bile, ſanguine, magis, minùs: ſpumoſum plùs, minùs.
Copioſius, parcius.
Facilius, difficilius.
Albius, rufius, flauius, rubrum magis, liuidius, nigrius.
Olens magis, minùs.
Tempore inſolito.

Expiratio, inſpiratio à naturali mutata magnitudine, vehementia, velocitate, frequentia aëris attracti, reiecti, quantitate, qualitate, diſpoſitionem morboſam cordis, pulmonum, thoracis, aut etiam totius, ſed his cum toto conſentientibus prænunciat, vti & tuſsis ſicca, humida, frequens, rara, vehemens, remiſſa.

www.libtool.com.cn

Appetentia cibi, potus.
- Copioſioris ſeu immodica cupiditas
- Parcioris ſeu diſſoluta, & minor quã priùs in cibo & potu voluptas
- Non vſitati .i. calidi, frigidi, humidi, ſicci, vel aliter inſoliti
- Tempore non conſueto vrgens

Morboſam diſpoſitionem ventriculi aut partium ei conſentientium, aut totius portendet.

Vomitus materiæ
- Cibi, potus, humoris alicuius vt pituitę, bilis alterutrius, ſanguinis ſeu alborum, pallidorum, flauorum, rubrorum, viridium, liuidorum, nigrorum, & omnium colorum ſimul.
- Copioſior, parcior, inſuetus.
- Craſſæ, tenuis.
- Miſtus, ſyncerus.
- Hoc illo ſapore alieno à cibis prædit æ.
- Putris, fœtidæ.

Si modò hæc ſponte naturæ accidant, non præſumptis nec admotis, nec guſtatis, neque olfactis, neque viſis, neque cogitatis, quæ appetentiam talem, vel vomitum excitent.

Venus & veneris abſtinentia
- Immodica. Nam ſuus cuique modus.
- Parcior
- Intempeſtiua

Hepatis & venoſi generis morboſam diſpoſitionem auguratur.

Si hæc propenſione naturæ ſola accidant. Nam ſi quis voluntate venerem cohibet, vel in eam profuſior, vel intempeſtiuus eſt, ad animalis facultatis diſpoſitionem refertur taliſque venus morborum cauſſa eſt, non ſignum lędendę concupiſcibilis facultatis in hepate reſidentis.

Vacuatio alimenti vel excrementi halituoſi, humidi, ſicci
- Copioſior vel parcior quàm ſecundum naturalem conſuetudinem.
- Calidioris, frigidioris, humidioris, ſiccioris, ſeu durioris, magis, minùs olentis.
- Colore, conſiſtentia variantis à naturali.
- Intempeſtiua ſeu citiùs, tardiùs, quàm conſueuit per integram ſanitatem.

Hæc morbum portendit pręcipuè partis à qua id alimentum vel excrementum excernitur: poteſt etiam totius corporis morbum pręnun-

ciare conſueti per dictas partes excrementa ſua vacuare, aut cuius magno iam malo alimenta ex parte toti conſentiente vt ventriculo, hepate, vacuentur.

Singultus, ructus, flatus maior, minor frequentior, rarior, olens magis, minùs, diſpoſitionem morboſam partium à quibus excernuntur, prænunciant.

www.libtool.com.cn

Morſus, vel alius dolor mordens
- Ventris, inteſtinorum in deiectione.
- Stomachi, in vomitu.
- Veſicæ, in reddenda vrina.
- Penis, in reddendo etiam ſpermate.

Harum partium aut aliarum per has inanitarum, affectum aliquem timendum oſtendunt.

Deiectio
- Chyloſa, purulenta, cruenta, ramentoſa, lumbricis miſta, aut ceu muco, pinguis.
- Copioſior, parcior, aſperior, inæqualior quàm conſueta.
- Corpulentior, coactior, durior, liquidior, ſpumans.
- Albior, pallidior, vel aliter coloratior.
- Graueolentior ſolitò.
- Cum flatibus pluribus, paucioribus.
- Tempore non conſueto reddita, aſtricta.

Si cibus, potus quantitate, qualitate, ordine ſumendi modo non eſt mutatus, nec aliunde acceſsit mutationis cauſſa, vt flatus aquilonis, ſumpta vel admota purgantia, vel cohibentia alimẽta vel medicamina, &c.

Vrina
- Copioſior, parcior. Aph. 83. lib. 4.
- Purulenta, cruenta. Aph. 81. lib. 4.
- Sabuloſa, lapilloſa.
- Calidior, minùs calida.
- Craſsior, tenuior, pinguis, citiùs, tardiùs, nunquam tenuata, turbata.
- Albior, pallidior, rufior, flauior, rubentior, liuidior, nigrior.
- Olentior aut minùs olida.
- Intempeſtiua, inuita facilis, difficilis.
- Cum hypoſtaſi, enceoremate, nebula multa, pauca, nulla.
- Subſtantia, conſiſtentia colore, odore, ſitu, leuitate, ordinata, inordinata.

Affectus renum vreterum, veſicæ vrethræ, aut conſentientium his partium, aut totius venoſi generis aliquos oſtendit, ſi talis

vrina ſit ſponte naturæ non mutata præcedenti & recenti victus ratione, vt potu largo vini albi, aut aliorum diureticorum, &c.

Menſium vel hæmorrhoidũ fluor
- Copioſior, parcior quàm ſit ex vſu, abolitus ante annos.
- Qualitate præter naturam, vt ſi bilioſior, atrior, craſsior, tenuior, verſicolor ſit ſanguis, olens magis, minùs, ſapore alieno à conſuetudine ſine cauſſa externa recenti.
- Intempeſtiuus, vt fluor menſium in grauida muliere. Aph. 60. lib. 5.

Sudor totius vel partis, & ſenſilis tranſpiratio
- Largior, parcior, pinguior ſolitò & quàm conueniat, abolitus.
- Calidior, frigidior, olentior conſuetò.
- Intempeſtiuus, vt mox à cibo, ſine cauſſa manifeſta, vt motu aliquo corporis, animi, vel cauſſa aliqua externa, calore ſuo ſudorem irritante.

Ac vt ſimpliciter dicam, quæcumque ſanis inerant, vt actiones animales, vitales, naturales integræ, quatenùs ſano illi datum eſt, nunc aucta, vel minuta, vel quantitate, vel qualitate, vel tempore mutata, ſunt hoc modo ſigna neutra, & futuræ ægritudinis.

Deinde quę ex genere ſunt inſalubrium, vt læſio prędictarum actionum parua, vigilia, hallucinatio, laſsitudo, dolor, ſternutamentum, ſingultus, ructus, vomitus, crepitus, ſitis, ſed minora his ſymptomatis & ſignis quæ morbis adſunt: hoc modo neutra quoque dicuntur. Omnia enim quæ toto genere præter naturam ſunt cùm modica ſunt, & nondum firma, nec adhuc actiones conſuetas impediunt, hoc eſt, nondum homo ægrotat, neutram diſpoſitionem adeſſe ſignificant, & futurum morbum prænunciant: præſentem verò oſtendunt eadem, ſi actiones conſuetas iam inſigniter lædunt. Diſpoſitionis enim neutrius terminus eſt actionis læſio ſenſibilis, quandiu ſcilicet vigore ſuo facultas diſpoſitionem præter naturam ſuſtinet.

Eadem igitur ſigna, ſalubria, vt vomitus criticus: inſalubria, vt vomitus crudo adhuc morbo, & per quem non purgantur, qualia oportet: vel neutra, ſi paruus ſit & facilis, & propè voluntarius, ac qui prohiberi etiam ſine auxilio poſsit, ſed diuerſis reſpectibus, ſeu ad aliud & aliud relata.

Ex prædictis perſpicuum eſt, ſigna ſalubria, inſalubria, & neutra ex eiſdem ſumi, ſed mutatis, vt actione ſanorum integra, vel ad integram in morbis redeunte, excretorum quantitate, qualitate, tempore naturali, vel ad naturalem, redeunte & inclinante, ſalubria: ex iiſdem pa-

rum mutatis & quod percipi vix queat, neutra: mutatis inſigniter, vt iam ne ſenſum quidem lateant, inſalubria.

Poteram hæc multò fuſiùs, & quædam, ordine etiam meliori tradere: ſed mihi ipſe ſatis feciſſe tibi abundè videor, tradita ſignorum in quouis affectu inueniendorum methodo amplißima. Quæ tu ſparſim apud Galenum & alios ſcriptores non omnino malos inuenies, ſigna alia affectuum, cauſſarum, aut quarundam etiam partium affectarum, tibi non fuerit difficile illa in locum idoneum congerere. Et nos ipſi quæ hoc commentario deſiderari poſſunt, fortaſſe aliàs fœliciùs ſuggeremus.

FINIS.

www.libtool.com.cn